
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

35,-153 DA BOX
(LN bis 75)



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Tilhører ikke Hjelmstierne-samlingen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

307[illegible]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

NARRATIO
DELIBERATIONIS MA-
XIMILIANI IMPERATORIS
ROMANORVM DE BEL-
LO TVRCICO.

ET BREVIS HI-
STORIA TEMPORVM
EORVM QVIBVS HAEC
SVSCEPTA FVIT.

AVTORE
GEORGIO SABINO.

LIPSIAE
EDEBAT VALENTINVS
PAPA.

ANNO CHRISTI
M. D. LI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

GEORGIVS SABINVS IOACHIMO CAMERARIO, S. D.

MItto tibi Elegiam de qua proximis litteris ſignificaui. Quæ ſi fortè non probabitur, (eſt enim ſatis horrida & ieiuna) permitto tuo arbitrio, ut aut proœmium oratione ſoluta componas, quocunq; argumento uolueris, & narrationi noſtræ præpo nas, aut facias de tota re atq; editione huius Libelli quod tibi uiſum fuerit. Hac in parte officium tuum mihi gra tiſsimum eſt futurum. Velim autem ad hunc ſaltem mercatum libellum prodire poſſe: Quem tamdiu premi, neque mihi placet, & Typographo cui datus eſt, incommodum eſſe exiſtimo. Videbis igitur ut abſoluatur & emittatur in publicum, mihique per Dantiſcanos Mercatores ut ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

emplaria mittantur, cum aliquot exemplaribus mearum Elegiarum & Hendecaſyllaboꝝ, de quibus antea ſcripſi. Huc enim nulla adhuc allata ſunt exemplaria, præter duo aut tria, quæ Rigenſis Cancellarius abſtulit. Hendecaſyllabi quidem noſtri σύμμουσον illum ſuum cui dicabantur amiſerunt. De quo aliud nihil ſcribam, quam fuiſſe uirum illum amantem ſtudiorum humanitatis, & eum, q̊d eſt rarum, qui fortuna moderate, opibus liberaliter uteretur. De cæteris aliorum eſſe iudicium debet. D. Chriſtophorus Ionas adhuc aberat, cum hæc ſcriberem, in Polonia, quo miſſus nuper publice fuit. Qui ſi reuerſus fuiſſet haberes & ipſius literas de filio tuo, quem illi commendaueras. De quo quidem acceptis litteris quas nunc ad te mittit, & oratione noſtri ciuis cognita, fortaſſe mutabis conſilium. Quicquid autem conſtitueris, in eo diligentiam operæ meæ ſcito tibi ac filio tuo, nullo tempore

defu=

deſuturam eſſe. Quid præterea ſcri-
berem non erat. Nos, ut facimus, ami
citiam inter nos conſeruemus: Id &
per ſe honeſtiſsimum & hoc ſeculo
optimum eſſe iudico. Tibique idem
uideri ſcio. Hic de ueſtris periculis &
bellis Saxonicis, uarij erant & alicubi
graues rumores: Tu fac de omnibus
rebus me certiorem reddas. Velim
autem tibi perſuadeas, literarum tua-
rum lectionem mihi eſſe iucundiſsi-
mam. Redeo ad prima. Quæſo cures
ut Libellus noſter elaboretur diligen-
ter & ſedulo, ut noſtræ lucubrationis
opere delectari poſsim. Tu etiam
quid agas, intelligere, & ſi quid fortè
ſcripſiſti quod recenter editū ſit, abs
te accipere cupio. Vale. Tuam fami-
liam uniuerſam fac meis meorúmq;
uerbis amanter ſalutes. Itemq; ami-
cos iſtic meos D. D. Bernardum Zi
glerum, & uicinū tuū Alexandrum
Aleſium. Iterum uale. Regio-
monte Pruſsię. V. Id.
Decembris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

IOACHIMVS CAMERARIVS GEORGIO SABINO S. D.

QVid hactenus editionem libri tui remoratum fuerit non ignoras. Hoc autem conſilium tuum q̊d nuper mihi ſignificaſti, proponendi Elegiam narrationi illi, & tunc ualde probaui, & nunc acceptam illam, ita ut cenſes, præponi ſcripto tuo curabo, additis etiam alijs uerſib. amicorum tuorꝫ. Quod autem iudicium meum ſit de carmine tuo, non ſcribam ad te. Benignè uerò facis, cum permittis mihi tantum iuris in tuos labores, ut liceat mihi etiam planè repudiare, ſi ita uideatur. Hoc non modò honorificæ ſententię de me tuæ, ſed ſingularis etiam uirtutis indicium eſt. Non enim certe multos reperias, qui non iraſcantur in hoc genere monitoribus: Qui-

que

BIBLIO

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

que non defendere delictum quàm uertere malint, ut ait Horatius. Sed neq; ego mihi hanc cenſuram ſumo, neque tuis ſcriptis ulla omnino opus eſt. Studium autem operæ ac diligentiæ meæ, ut accuratè edatur libellus, tibi præſtabitur. CL. V. D. Chriſtophorum Ionam iſtinc abeſſe tamdiu, neq; me uti eius conſilio poſſe, ſanè moleſtè fero. Nunc mihi ipſi huius cognitionis laborem imponi ſentio: Itaq; accerſo filium meum, ut quaſi in re præſente, certi aliquid conſtituere poſsim. Quòd me hortaris ad ſcribendum, & lectionem literarum mearum iucundam tibi eſſe oſtendis, & currentem, ut dicitur, incitas, & ſimilem cupiditatẽ tuã meæ mihi indicas. Tam .n. grata mihi eſt lectio literarum tuarum, ut nihil mihi doleat magis, quàm quòd tã longe abes, ut crebras abs te accipere nõ poſsim. Itaq;, ut uerum fatear, interdum breuitati literarum tuarum iraſcor. Quòd humaniſsimè mones de tuenda amicitia noſtra,

In eo tibi à me certò policeor idem quòd mihi à te, id eſt, diligentiam & fidem ſummam. Officia quidem erunt leuia. ſed merita non conſtituunt amicitiam, quæ non requirit quaſi autoramentum gratiæ, contenta, ut cæteræ uirtutes, ſeipſa. Nos quidem in ætatem difficilem incidimus: In qua nos, tanquã ſi nauigaremus, non δυσφορεῖσθαι animis, neque ad temporum ueluti maris iactationem, adiungere indignationis uexationem, rectiſsimum fuerit. De noſtris rebus, quæ fama iſtuc peruenerit, neſcio, neque me delectat quaſi uentilatio rumuſculorum. Confido Deum propitium protecturum & nunc & deinceps has regiones, quæ ſtudijs pijs liberaliter hoſpitium præbent. De nobis quidem priuatim id ſcito, quod reſponderi uult Theognis, cuius nuper explicationem ſanè operoſam abſoluimus, percontantibus de ſe, ὧς εὖ μὲν χαλεπῶς, ὥς χαλεπῶς δὲ μάλ' εὖ. Qua quidem fortuna

tuna facilè contentus ſum: Meúm-
que ſpacium quod ſemel ingreſſus
ſum, conſtanter decurro: Et ad do-
ctrinæ extructionem, noſtrorum ſtu
diorum quaſi laterculos minutos ſup
pedito, οὐδέτοι ἄνευ σμικρῶν τοὺς με-
γάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖ-
σθαι, ut ait Plato. Sed deſino. Te cum
tuis quàm felicißimè uiuere cu-
pio. Mea familia te & tu-
am amantißimè re-
ſalutat. Vale.
Nonis Ia-
nuarij.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM ALBERtum, Marchionem Brandeburgenſem, Pruſsiæ, Stetinenſium, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vandalorumq́ Ducem, Burggrauium Norinbergenſem, ac Rugiæ Principem.

GEORGII SABINI PRAEFATIO.

Est erebi peſtis, quæ triſtibus implicat orbẽ
Diſsidijs, paſsim diraq́; bella ſerit,
Ate nomen habet: ualidis hæc gentibus olim,
Terrarum & dominis exitioſa fuit.
Hæc Agememnonias affecit clade cohortes,
Cincta quibus Priami mœnia regis erant.
Hæc quoq; Theſidas, hæc regna potẽtia fregit,
Inuicti Macedum quæ peperere duces.
Hæc ſimul imperij ſpoliauit honore Quirites,
Dum fera ciuili ſanguine bella gerunt.
Threicias eadem gentes hæc peſtis & urbes
Perdidit: Argolicas hæc labefecit opes,
Tũc Othomannus ubi Scythicis irrupit ab oris,
Helleſpontiacas & ſuperauit aquas.
Nanq; uoluntates diſtraxit & agmina regum,
Iunctis ille quibus terga daturus erat.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Hæc quoq; diſcordes hoc tẽpore cõpulit Hũnos
  Turpi ſeruitio triſte ſubire iugum.
Deniq; Germanis nunc bella domeſtica nobis
  Excitat, ac turbas irrequieta facit.
Noſq́; feris itidem conatur prodere Turcis,
  Alter in alterius dum mouet arma necem.
Vidit id imperij moderator & arbiter olim,
  Qui genuit Patrem Carole Quinte tuum.
Vtq́; graues caſus, triſteſq́; auerteret orbi
  Clades, & patriæ damna timenda ſuæ,
Deuincire pios optato fœdere reges,
  Conatúſq; domi tollere bella fuit,
Fortior ut iunctis in prælia uiribus iret,
  Sæuáq; graſſantis frangeret arma Scythæ.
Huius enim rabiem cohibere, pioſq́; tueri
  Eſſe Deo gratum non dubitabat opus.
Ante ſed armatus quàm ſeſe mouit in hoſtem,
  Et regum ſociæ quàm coiere manus,
Optimus in medio belli molimine Princeps,
  Funere ſublatus præueniente fuit.
Atq; opus inceptum (prô triſtia fata) reliquit,
  Immortale decus quo pariturus erat.
Inuida mors, quare regum conatibus obſtas?
  Pro lacero Chriſti qui grege bella mouent.
Fallor? an illius quod es olim uicta triumpho,
  Pro Mahometigena ſtat fauor hoſte tuus?
Nam ſic Pontificem Turcis quoq; bella parãtẽ,
  Diceris Aeneam ſæua tuliſſe pium.

Ne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Ne tamen ignorent hæc Cæſaris acta nepotes,
Acta boni debent quæ meminiſſe duces,
Sunt calamo conſcripta meo: nam talia refert
A memori ſemper poſteritate legi.
Olim forſan erunt, quos hæc explere iuuabit
Conſilia, & ſtudio pacis amante ſequi.
At ueluti quondā patris induit arma perempti
Rex qui Pellæa natus in urbe fuit,
Atq; triumphata confecit Perſide bellum,
Ipſius genitor quod meditatus erat:
Sic quoq; nunc utinā ſe Carolus armet in hoſtē,
Exoptata ſuo bellaq; ſumat auo.
Aſt ego, quicqd id eſt operis, tibi dedico Princeps,
Læta Boruſſorum quo Duce gaudet humus.
Nec dubito, quin pacis amās, hoſtiſq; Scytharū,
Talia diuino Principis acta probes.
Nam quoties audis ciuilia bella moueri,
Inter Chriſticolas marte furente duces,
Et Scythicum noſtra gaudentem lite tyrannū,
Omnia uictrici carpere regna manu,
Ipſe gemens, imo ſuſpiria pectore ducis,
Temporis & noſtri triſtia fata doles.
Téq; licet multis exhauſta laboribus ætas
Occupet, arma tamen ſumere dura iuuat:
Cúmq; pharetratis committere prælia Turcis,
Et procul ad Solymas caſtra locata ſequi:
Si modo ſuſcipiat concors Germania bellum,
Suppetiáſq; pijs, auxiliúmq; ferat.

Viuenti

Viuenti quoq; charus eras: ductore ſub illo
Tempora militiæ prima fuere tuæ,
Euganeos quando populos, urbésq; premebat,
Martius Adriacæ quas leo gentis habet.
Sæpius ille tuis applaudens fortibus auſis,
Macte animi, aiebat, macte, uir acer eris.
Et quæcunq; tenes belli præcepta gerendi,
Tironi ſenior tradidit ille tibi.
Te peditũ cuneos, & equeſtres ducere turmas,
Te docuit tuto ponere caſtra loco.
Explorare uias, nec aperto prælia tantum
Marte, ſed hoſtili conſeruiſſe dolo.
Adde quod ipſe meos tibi cõſecro iure labores,
Pro meritis uidear gratus ut eſſe tuis.
Nanq; meæ peragunt ſecura quod ocia muſæ,
Id tua nimirum cura benigna facit.
Ampla mihi tribuis ſtudiorum præmia uati,
Cæſare Virgilius qualia dante tulit.
Aurea quid referam, quorũ mihi multa dediſti,
Pocula? quid celſæ ſplendida tecta domus?
Pro quib. ingratum me nequa redarguat ætas,
Nominis eſt æquum me meminiſſe tui.
Tempus erit, laudum præconia quando tuarum
Mæonijs peraget noſtra Thalia modis:
Nanq; opus inſtitui, ualidæ quo prælia dextræ,
Atq; tuæ laudes commemorabo togæ.
Mons ubi ſublimes Helicon ſe tollit in auras,
Roſcida Muſarum floribus arua nitent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Quos neq; Sol æſtu, Boreas neq; frigore lædit,
Nec ſpoliant ulli ueris honore dies.
His tibi contexam de floribus ipſe coronam,
E ducibus qualem nemo ſub axe gerit.
Interea Princeps hunc accipe quæſo libellum,
Qui licet eloquij forſitan arte caret:
Attamen egregias res continet, actaq́; pacis,
Hoc tibi præcipue nomine gratus erit.

EPIGRAMMA.

EXcita quãdo graui tandẽ Germania ſomno
Surgis? an æterno uicta ſopore iaces?
En procul irato gens Turcica uenit Eoo,
Quæ mouet hoſtiles in fera bella manus.
Hæc animis ingens, ingensq́; furentibus armis,
Heu quantum roſei ſanguinis una dedit.
Et iam ſæua lues terrarum regna fatigat,
Inq́; tuum properat mox ruitura caput.
Pelle pharetratos Dijs auxiliantibus hoſtes,
Aut tua barbarico ſubijce colla iugo.

Dauides Mileſius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

AD LECTOREM ANDREAS MVNCERVS ELBINGENSIS.

Ergo ne tot paßim lachrymæ uoluentur ina
Aut ſurdis fient triſtia uota Dijs? (nes,
Publica ſeu clades nil deſidioſa fatigat
Pectora, uirtutis munere caſſa ſuo?
Turcica quod rabies licitè graſſata tot annis,
Stamina prædandi tam diuturna trahit,
Nec ſemel optatas armare in bella cohortes,
Aut hoſtem patria pellere tempus erit?
Mentibus uſq; adeo uincens pauor excutit omne
Robur, & eſt uirtus priſca ſepulta ſitu?
Hei mihi, ſi nihil eſt moueat Germania quod te,
Sit patrib. ſaltem degeneraſſe pudor. (bis?
Quid proauos iactas, ueteri quid marte ſuper-
Hic tua ſi ſegnis pectora torpor habet.
Excidium patriæ ſeu depopulata tuorum
Mœnia, ſi placida fronte uidere potes,
Sæuior es monſtris, quotquot Rhodopeius Or-
Mouit ad Aoniæ plectra canora lyræ (pheus
Diſpar eſt illis ratio te digna mouere,
In ſaluos ſæuo marte furente lares.
Eſt meminiſſe dolor tam crebra clade ſubactas
Vrbes, Europæ barbara iura pati.
Illa pijs curæ ſi ſaltem Regibus eſſent,
Non ita ſæuirent arma cruenta domi.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Non ita diſsidijs patrias ciuilibus oras
Vaſtarent, nullo bella mouente foris.
Mutua ſic olim frangebat uiſcera ferro
Quæ nunc fert durum Græcia capta iugum.
Quæ ſi ſuppetias poterat cum ferre, tuliſſet
Thracibus, allata iam fruerentur ope:
Nunc tua res agitur diſcors Germania, caute
Si ſapis exemplo ſint aliena tibi.
Vnius ob noxam bellum mouiſſe Pelaſgos
Iliacis conſtat per duo luſtra foris:
Cur non pro populis pro libertate tuorum
Totq́; tuæ gentis millibus arma geris?
Quo tibi ſi melior ratio non offeret ulla
Ciuica fax quam ſi pace ſopita foret:
Huc tua te uirtus uocat, huc tibi ꝓximus ardēs
Ignis, idem cineres et tua buſta rogant.
Id facunda monet uatis te Muſa Sabini,
Mortuus id Cæſar Maximiliane petis,
Quando Duces inter confecta pace uolebas
Fortiter in ſæuos bella mouere Getas:
Sed præmatura Parcarum lege perempto
Inuida creduntur fata fuiſſe tibi,
Vt quo ſera tuis ceſsiſſet gloria geſtis
Illud ꝑficeres Carole Cæſar opus. (dextro,
Memnonis hūc genitrix precor hunc ô Sydere
Et roſeo lætum nunciet ore diem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

POSTQVAM NVNciatum eſt, Selinum Turcarum regem, capta Syria atq; AEgypto, denunciare bellum Pannonijs: Maximilianus Cæſar, inteſtinas Chriſtianorum diſcordias componendas eſſe duxit, ut omni cura in unum Turcicum bellum incumbere, & cæteros ad tantæ támq; glorioſæ rei ſocietatem attrahere poſſet. Niſi enim communi conſenſu omnes regum opes ac uires immaniſsimo ac potentiſsimo hoſti opponerentur, ab eo pertimeſcendum uniuerſæ reipublicæ Chriſtianæ interitum iudicabat. Nec ignorabat, Imperatorem Conſtantinopolitanum & Principes Græciæ, paulò ante in extremam calamitatem incidiſſe, ac penitus deletos eſſe, dum ferali diſcordia diſtraherentur. Erant autem in Maximiliano cum cæteræ uirtutes magno uiro dignæ, tum uerò ijs artibus, quæ in ſummo Principe exiſtere debent (uidelicet ſcientia regendæ reipublicæ in pace, & peritia rei militaris) longè omnes excellebat, non tantum ſuæ ætatis reges: erátque prorſus ut ille ſummus apud Homerum Imperator, & rex optimus, & fortiſsimus bellator. Nam inde uſq; ab adoleſcentia per omnem uitam, multa eum maximéq; uaria bella exercuerunt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

runt: in quibus res magnæ omnes, ductu, uirtu-
te, & conſilio ipſius geſtæ ſunt. Diligentiſsimè
antequam acie dimicaret, pugnandi opportu-
nitatem præuidebat: & in ipſa acie conſilio &
magnitudine animi ſingulari utebatur, qua in-
terdum cum haberet infirmiores copias, aut
iniquo loco prælium committeret, tamen hoſti-
um exercitus diſsipauit, aut eluſit. Atq; ita re-
ſponderunt exitus uirtuti & felicitati eius, ut
cum geſſerit plurima bella cum potentiſsimis
regibus ac populis, coëgerit ad pacem peten-
dam omnes. Ita enim gerebat bella, ut cum pa-
trios principatus defendiſſet, non appeteret
aliena regna, ſed tueri etiam & augere exte-
rorum Regum opes & dignitatem, honeſtum
putaret. Adoleſcens poſtquã duxit Caroli Bur
gundi filiam, cum Galli armis repeterent Bur-
gundiam & Flandriam: neq; magnitudine copi
arum unquam perterritus, neque diuturnitate
belli, quod aliquot annos magna pertinacia ge
rebatur, fractus eſt: ſed ſæpe ingentes exerci-
tus parua manu fudit & fugauit: & cõſtantiam
tantam præſtitit in reprimendis hoſtium cona-
tibus, ut ad extremum Galli ſpe abiecta recupe
randi Belgici, pacem ultrò expeterent. Poſtea
pacata ditione Burgundica, properauit in Au-
ſtriam, ut patrium Ducatum recuperaret. Nam
Matthias rex Pannoniæ, bonam Auſtriæ par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

tem ademerat Friderico III. metuens ne poſt ſuam mortem, Auſtriaci regnum Hungariæ ſibi uendicarent. Ac Maximilianus non tantum recepit patrium Ducatum, ſed etiam ingreſſus Hungariam cum exercitu, bonam regni partem occupauit, & Albam Regalem expugnatam uicœpit. Quanquam autem potiri uniuerſa Hungaria poſſet, tamen & propter neceßitudinem, quæ ei cum Regibus Poloniæ erat, ex quorum familia Regem Hungari accerſierant: & ne graſſantibus eo ipſo tempore Turcis in Myſia, præberet contentio de regno occaſionem inuadendæ Hungariæ: duxit ſibi regem recens acceſitum, cum quidem cognatus eſſet, matre natus Auſtriaca, certis conditionibus adiungendum eſſe: eique Hungariam reliquit. Sequuta ſunt deinde alia bella, Flandrenſe, Geldrenſe, & Helueticum, in quibus non ſolum ipſius uirtus in ſubiugandis hoſtibus enituit, ſed etiam in uictoria ſingularis moderatio laude digna fuit. Poſtea exarſit ingens bellum in Bauaria, cum Palatinus Rheni, partem Bauariæ ſibi uendicare conaretur, nec ab eo conſilio æquißimis conditionibus, à Maximiliano propoſitis, abduci poſſet. In eo bello Maximilianus aliquoties acie dimicauit cum Palatini exercitibus. Ad extremum etiam acerrimum prælium cũ auxilijs Bohemicis commiſit, in quo cum Bohemi ueteri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

quadam diſciplina uallo muniti ſe defenderent
Bombardis, ipſe in prima acie euerſo uallo im=
petum in hoſtes fecit, & ſuos perculſos ac dubi
tantes ſequi ſe in prælium coëgit. Ita trucidatis
quatuor millibus Bohemorum, reliquos in fu=
gam uertit: Et cum Bauariam periculo libera=
uit, tum Palatinum ad pacem petendam compu
lit. Sed quantum conſilio & magnitudine animi
excelluerit, clarius etiam in Veneto bello con=
ſpici potuit: in quo cum intelligeret quanta eſ=
ſet Venetorum potentia, pertraxit ad belli ſo=
cietatem Regem Gallorum Ludouicum XII.
Munitiſsimas urbes, Patauium, Veronam, Bri=
xiam, & pleraſq; alias, partim ui expugnauit,
partim arte ad deditionẽ coëgit: ſæpe magnos
exercitus Venetorum profligauit: cúmque Ve=
neti ſummam imperij commiſiſſent Bartholo=
meo Liuiano, quem unum, (quia omnium eius
ætatis Ducum callidiſsimus & peritiſsimus in
Italia putabatur) opponendum eſſe Maximilia=
no cenſuerant: nunquam neq; ullis ab eo difficul
tatibus circumuentus, neque acie uictus eſt. Ipſe
uerò Liuianus cum ſæpe alias, tum in illa memo
rabili pugna Vicentina, & conſilio & fortitu=
dine ſuperatus eſt. Nam cum eſſent exiguæ no=
ſtrorum copiæ, & Liuianus adeo certam ſibi
uictoriam promitteret, confiſus & numero &
loci opportunitate, ut euocaret Venetos ex ur=
be uelut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

be uelut ad ſpectaculum, ad uidendam cædem Germanorum, noſtri intellecto hoſtium conſilio cum eſſent non amplius quinque millibus, ne à multitudine circumueniri poſſent, properant, ut uicinum tumulum occupent, ubi iniquo loco hoſtes pugnare cogebant, & inde tanto impetu decurrerunt in Venetos, ut amplius ſex millibus trucidatis, magnam multitudinem etiam inermium, qui ſpectatum uenerant, in caſtris ceperint. Cum Cæſar res Venetorum grauiter afflixiſſet, & pleraſq; eorum urbes teneret: Papa Iulius deſciſcit ad Venetos. Habebat autem Iulius firmiſſimas copias, & quia uideri uolebat eò ſe ad Venetos conferre, ut Italiam quæ à Germanis & Gallis dilaceraretur, his miſerijs liberaret, facilè ſibi reliquam Italiam adiunxit. Erat itaque bene paratus, & animo, ut ſolebat acri bellum gerere cœpit. Quare et Ludouicus iam maiore cura rem gerendam exiſtimans, bellum apparat omnibus uiribus. Cum igitur uideret Maximilianus, quanta belli moles impenderet, & intelligeret in ſummo periculo futuram Italiam, ſi Galli eſſent ſuperiores: hortatur Pontificem per legatos, ut autor pacis eſſe malit, quàm excitare maius incendium, quod uniuerſæ Italiæ uaſtitatem allaturum uideretur. Sed cum hæc fruſtra ageret, ingenti prælio Pontificius exercitus uictus eſt à Gallis ad Rauennam. Num

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

quam noſtra memoria acrius dimicatum eſt, nulla facta maior ſtrages, quàm in eo prælio. Ita enim & Iulius ipſe iudicauit, accepta hac clade, in extremo periculo ſe, & uniuerſam Italiam uerſari. Quare ſtatim cum Maximiliano de pace agit, qui ut Italiæ ſaluti conſuleret, Ludouico etiam pacis autor erat. Sed cum ille ira atq; odio Pontificis, arma abijcere nollet, & minaretur urbi Romæ, iam ſollicitus de publica Eccleſiæ tranquillitate, deq; Italiæ libertate Maximilianus, armis ex Italia retrahendos eſſe Gallos cenſuit: ídque ſubitò contractis magnis copijs, concitatis etiam Anglis et Burgundis, perfecit. Ad hanc excellentem ingenij atque animi uim, adiunxerat admirabilem quandam moderationem, quæ quàm neceſſaria ſit in ſumma poteſtate, quàm utilis reipublicæ, quantum habeat ueræ laudis, exempla monſtrant utriuſq; generis. Nam hæc uirtus in multis præſtantiſſimis Heroibus deſideratur, qui in uictorijs facti ſunt inſolentes, ſuperbi, crudeles, & omnia ad ſuam potius utilitatem ſeu ambitionem, quàm ad communem ſalutem hominũ retulerunt. Neq; enim aut Pompeius irritaſſet Cæſarem, aut Cæſar irritatus cum tanto reipub. detrimento priuatam iniuriam ultus eſſet, niſi uterque animo ſuo morem gerere, quàm in commune conſulere reip. maluiſſet. Non dicam hic de Sylla, Mario & ſimilibus,

milibus, quorum non ſolum infinita ambitio, ſed crudelitas etiam barbarica, odio digna fuit. Quántò plus ueræ laudis meriti ſunt Scipiones qui adeo domi modeſti fuerunt, ut quamuis non leuibus iniurijs prouocati, tamen nihil paulò uehementius unquam fecerint, nulla noua conſilia contra leges ſuſceperint. Talis fuit in Maximiliano moderatio, ſemper ut communem orbis tranquillitatē, priuatis & utilitatibus & affectibus anteferret. Sæpe uictor cum aliena regna, cum aduerſarios funditus delere poſſet, tamen perfectis bellis oſtendit ſe publicæ tranquillitatis tuendæ cauſſa arma ſumſiſſe. Nam repreßis hoſtibus qui publicam conturbauerant tranquillitatem, & iniuſta bella mouerant, mirabili clementia ſeu errorem, ſeu temeritatem condonare ſolitus eſt. Ac ſi quis alius Regum ulla ætate, hic uerè præſtitit id, quod ad ſummum Regem Alexandrum Ariſtoteles ſcripſit, cum hortatur eum, ut meminerit regna dari ſummis uiris, ut uniuerſo generi humano proſint, non ut ſuperbi & contumelioſi ſint aduerſus imbecilliores. Nam cum natura eſſet, ut à ſapientißimis uiris audiui, qui eum familiarißimè norunt, ingenio modeſtißimo, acceßit etiam ſanctißima doctrina Chriſtianæ religionis, quæ eum incitabat, cum ad cæteras uirtutes colendas, tum maximè ad moderationem in imperio, ut memi-

niſſet ſe non caſu, nõ humano conſilio, ſed diuini
tus in hoc faſtigium rerum humanarum euectũ
eſſe, non ut licentiam haberet ſuarũ cupiditatũ
explendarũ, ſed ut totius generis humani utilita
ti cõſuleret, & ut Dei gloriã ac religionis tran
quillitatem præcipuè defenderet. Quare ani=
mos eorum quos armis uicerat, ſanare & ad of=
ficium reuocare maluit, quàm funditus eos de=
lere. Et ſæpe propter tranquillitatem Chriſtia=
ni orbis, grauiſsimas iniurias diſsimulauit. Cum
tanta in eo publicæ ſalutis eſſet cura, excitauit
eum non ſolum potentia, ſed multò magis feli=
citas Selini, qui ſubitò potitus erat Syria atque
AEgypto, ut omnibus alijs negotijs omiſsis, Re=
gum ac Principum omnium totius Europæ ani=
mos, ad reprimendos Turcas accendere conare
tur. Quam ad rem habebat hortatores amiciſ=
ſimos Reges, cognatione ac fœderibus ſibi de=
uinctos, & qui periculo, quod à Turcis impen=
debat, erant proximi, Vladislaum regem Hun=
gariæ, & Sigiſmundum regem Poloniæ. Itaque
cum uideret ad rem tantam Italiæ tranquillitate
opus eſſe, primum Venetos fractos iam longo
bello, ac petentes pacem, certis conditionibus
ſibi adiunxit, & ne qua odij, aut belli ſemina eſ=
ſent reliqua, & beneficio deuincti meliores eſ=
ſent, aliquot urbes, in quibus Verona erat, ul=
trò illis ceſsit, ac tenendas dedit: & ut regem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Franciæ ad communem totius orbis Chriſtiani cauſſam adiungeret, paſſus eſt eum retinere Mediolanum. Ita pacata Europa anno M. D. XVIII. conuentum Auguſtæ indixit, in quo conuentu, cum de omni ratione mouendi belli aduerſus Turcas eſſet cum Germanicis Principibus deliberaturus, curauit ut eò uenirent etiam Romani Pontificis, & omnium Regum legati, ut intelligi poſſet cæteros reges non defuturos eſſe communi cauſſæ. Multis iam annis non fuerat frequentior conuentus. Nam Electores ibi erant ſex, & cæteri Principes potentiores pleriq; omnes: Aderant & Regum plurimorum legati. Leonis X. ſummi Pontificis, legati erãt Matthæus Langius Archiepiſcopus Salsburgenſis, & Thomas Caietanus Cardinalis S. Sixti, qui quoniam ex urbe Roma adueniebat, non ſtatim initio conuentus aderat. Itaq; Cæſar initio, Principum ac populorũ Germaniæ cauſſas audiuit, & controuerſias diremit, ne qua priuata diſſenſio poſtea deliberationes de bello Turcico interturbaret. Et quoniam conſilium de eo bello mouendo ad ſalutem totius orbis Chriſtiani pertinebat, exiſtimabat Cæſar tum demum ea de re eſſe referendum ad Principes, cum adueniſſet Legatus Pontificius, ut magis intelligi poſſet, hanc tantam rem non priuato agi conſilio, ſed ex officio Imperatoris, & fla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

gitante ſummo Pontifice, nomine uniuerſæ Ecclesiæ Chriſtianæ, quod pro uniuerſo orbe, uelut in ſtatione eſſe ſummus Pontifex & Imperator debeant. Atq; hanc opinionem profuturam arbitrabatur ad accendenda ſtudia exterarum nationum ac Regum, quorum aderant legati: & ad uoluntates Principum Germaniæ incitandas. Cum igitur tandem menſe Auguſto aduenisſet legatus, egreßi obuiam Cæſar & omnes Principes Germaniæ, ante portas urbis Auguſtæ, eum magnificè exceperunt. Poſt dies aliquot Cæſar adhibitis Principibus & omnium Regum ac Nationũ legatis, in maxima frequentia omnium ordinum, eum audiuit exponentem mandata ſummi Pontificis, & hortantem publico nomine uniuerſæ Eccleſiæ Chriſti, præcipuè Imperatorem, deinde Principes, & Regum legatos, ut communi conſilio atque animo bellum pium & neceſſarium iam tandem ſuſciperent: ut Græciam atq; Aſiam ex turpißima & miſerrima ſeruitute eriperent: ut hoſtes graſſantes iam in uicinis regnis reprimerent: ut orbem terrarum crudelißimo latrocinio, & ſacrilega & nefaria ſecta, contumelioſa in Chriſtum, liberarent. Addebat etiam de Leonis X. uoluntate, neq; autoritatem, neq; opes Pontificias, neq; conſilium eius ulla in re huic communi cauſſæ defuturum eſſe. Hoc conſilio Leonem initio Pontificatus

catus dediſſe operam, ut pax Italiæ reſtitueretur, cum quidem iuſtiores bellorũ mouendorum cauſſas habuiſſet, quàm plerique antea: ſed priuatas iniurias eum condonaſſe publicæ neceßitati: cúmque cæteris Regib. hortator eſſet pacis, uoluiſſe etiam eum exemplo ipſis præire et inuitare, ut omißis inteſtinis bellis in commune conſulerent. Opes uerò Pontificias nuſquam melius collocari, quàm in hunc uſum, nullam gratiorem Deo Eleemoſinam poſſe præſtari, quàm hanc, qua tot gentes ſimul è ſeruitute & impietate eriperentur, et nefaria impietas deleretur. Huic orationi cum grauem querelam addidiſſet, de earum Gentium ærumnis, de contumelijs religionis: & commemoraſſet, quantis incrementis, exiguo admodũ tempore potentia Turcarum aucta eſſet, non tam uirtute ipſorũ, quàm Chriſtianorum Regum ſeu negligentia ſeu inteſtinis diſcordijs: adiecit ſe, eò iſta apud Principes Imperij queri, quia huic nationi Germanicæ præcipuè commiſſa eſſet defenſio Chriſtiani orbis, nec alium Ducem tanti belli iure deſignari poſſe, niſi Imperatorem. Quare hanc nationem, ut excellit non ſolum gloria rei militaris, ſed etiam Imperij dignitate, primum debere arma capere, anteferre priuatis affectibus communem ſalutem Eccleſiæ, & Imperij dignitatem. Nec nobis alibi Ducem quærendum eſſe

nec,

nec nationem amantem libertatis cogi, ut exter
nis imperijs pareat. Habere nos Maximilianũ,
qui prudentia, uirtute, ſcientia rei militaris, non
ſolum cæteros Reges, ſed etiam clarißimos ac
peritißimos omnium Nationum excelleret, nec
deſtitui eum felicitate in rebus gerendis: Et De-
um rectis & pijs conſilijs, & Eccleſiæ uotis af-
futurum eſſe. Hæc oratio cum iuſtam & gra-
uem querelam habuiſſet, & uerè commemoraſ-
ſet, quanto in periculo eſſet uniuerſa Eccleſia,
quàm pium, quàm neceſſarium eſſet, omnes bo-
nos ac fortes uiros ad hoc periculum depellen-
dum accurrere, non ſolum ſummi Pontificis, ſed
ipſius Eccleſiæ Chriſtianæ, uox eſſe iudicaba-
tur. Itaq; cum Cæſar in præſentia pauca dixiſ-
ſet de ſua uoluntate, & oſtendiſſet, ſe ſummis
uotis hunc conſenſum Nationum ſemper optaſ
ſe, ad bellum inferendum Turcis: & adieciſſet,
de ratione belli gerendi ſe cum Principibus de-
liberaturum eſſe: mirifica erat expectatio omni
um ordinum. Nam cũ omnes Principes ſua ſpon
te optimè animati eſſent erga hanc cauſſam,
ſed uiderent opus eſſe ad rem tantam ſuſcipien-
dam, peritißimorum deliberatione, maximè cu-
piebant ab ipſo Cæſare, propter illius excellen
tem prudentiam, & uſum in re militari, ratio-
nem parandi & gerendi belli proponi. Cum
Cæſar ſic affectos eſſe animaduerteret, uenit in
conſeſſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

conſeſſum Principum poſt paucos dies: cúmque conſalutatis eis, aſſediſſet, cœpit exponere conſilia & uoluntatem ſuam in hanc ſententiam.

Frequentia ueſtra, quæ & hoc tempore præcipuè neceſſaria eſt Reipublicæ, & mihi pergrata: nō obſcurè indicat uoluntatem ueſtram, & ſtudia erga hanc cauſſam, propter quam domo exciti eſtis. Cum enim tam cupidè adueneritis, poſtquam in literis ſignificaui nos de bello Turcico acturos eſſe: facilè intelligo uos ipſos (ut decet ſapientes Principes, & uiros fortißimos) & intelligere quid à uobis totus orbis terrarum, uniuerſa Chriſti Eccleſia, dignitas huius Imperij requirat: & animos ueſtros ea uirtute ac fortitudine præditos eſſe, ut bellum omnium, quæ unquam fuerunt, iuſtißimum &glorioſißimum, omnibus uotis expetatis. Quare exiſtimo mihi non longa oratione ad uos incitandos opus eſſe, & expectari à me potius claßicum ad inferenda ſigna, quàm hanc in toga, & in curia adhortationem. Sed tamen belli magnitudo & difficultas primum deliberatione quadam eget, non utrum ſit inferendum: Nam etſi hoſtes nos bello non laceſſerent, non in finitimis locis, & penè in conſpectu noſtro graſſarentur, tamen oportuit nos liberare orbem terrarum hac crudelißima atq; impia barbarie, & ex miſerrima ſeruitute tot Nationes oppreſſas, eripere. Sed

illud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

illud deliberandum eſt, cum tantæ ſint opes ac uires Turcici regni, cum exercitus in longinquas regiones traducendi, cum fortaßis pluribus locis & longo tempore bellum futurum ſit, quantis opus ſit copijs, an una Germanica natio tantos conficere exercitus, tolerare ſumtus, arma, equos, ſtipendium, commeatus, ſuppeditare poßit: Qui Reges, qui populi, ad ſocietatem huius pulcerrimæ militiæ adiungi poßint: An ita in Europa pax conſtituta ſit, ne me, & uos, ex medio curſu reuocent homines perfidi: Qui, ut ſæpe antea accidit, uel per occaſionem occupare noſtra conabuntur, uel turpi aliqua cum hoſtibus pactione facta, metuent, ne fines Imperij proferamus. De his rebus ſcio à me requiri orationem à prudentibus omnibus. Nam me quidem in hoc Imperij faſtigio, non ſolum in acie Ducem eſſe, ſed multò magis huius publici conſilij Ducem atq; autorem eſſe conuenit. Quare niſi de his tantis rebus, diu multúmq; tot iam exercitatus bellis, & magna fortunæ uarietate, cogitaſſem, profectò repræhenſione omnium dignus eſſem. Sed mihi credite, cum ab auſpicijs meis, recuperata Auſtria, poſt mortem Regis Hungariæ Matthiæ Hunniadæ, cúmque expuliſſem ingentem exercitum Turcarum ex Croatia, nihil magis in uotis mihi fuerit, quàm ut mox exercitus in prouincias Turcarum traducerem,

nunquam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

nunquam poſtea de hoc bello cogitare deſij. Ac tum quidem occaſio percommoda erat huius rei ſuſcipiendæ: Nam poſt Mahometi mortem magna de ſucceßione inter fratres diſcordia erat. Siſimus etiam armis inuadere regnum conabatur. Quare in his prouincijs non ſatis firma præſidia erant: & ut quantum poſſem, prouiderem, ne qui domeſtici motus nos remorarentur, legem de ueſtra ſententia tuli, in quodam conuentu, de pace decennali. Verũ qui me hæc parantem fluctus ſubitò exceperunt? Galli non ſolum me de poſſeßione Burgundiæ per ſeditionem deijcere conati ſunt, ſed etiam meo capiti inſidias per ſummum ſcelus, ſtruxerunt. Poſtea Italia, quæ proximis annis ſingulari conſilio patris mei pacata fuerat, iterũ Gallicis armis perturbata eſt. Nam proximo anno poſt mortem patris mei, Carolus VIII. cum ingenti exercitu bonam Italiæ partem hoſtiliter peruagatus eſt. Etenim non modo Neapolitanum regnum occupare conabatur, ſed & Mediolanenſes bello adortus eſt. Qua ex re animaduerti potuit, eum totius Italiæ dominationem ſibi polliceri. Itaq; & miſi auxilia in Italiam ad defendendos Mediolanenſes contra Gallum, & eò exercitũ ipſe adduxi. Ad hæc incommoda, tumultus Hungarici eodem ferè tempore accidebant. Poſtea dum orta bella undique in Germania & Italia,

conſilio

conſilio atq; armis ſedare contendo (ut poſtula bat neceßitas publica) diutius quàm uolebam, differre conſilium de mouendo Turcico bello coactus ſum. Sed quantum iudicare poſſum, diuinitus ita res extracta eſt: Nam & tempus interea, & hæc bella afferunt nobis magnam facultatem & commoda ad Turcicum bellum. Partim enim ſunt domiti armis hi, quorum potentiam abſentes formidaturi eramus. Hiſpaniam ac Neapolim tenet Carolus meus Nepos: Burgundia tota tranquilla eſt: Gallum nobis beneficio ac fœdere deuinctum, ad ſocietatem belli, ut ſpero, adiungemus. Quare certam tranquillitatem domi promittere nobis poſſumus. Hoc caput eſt negotij. Nam reliqua pars deliberationis multò eſt facilior. Hæc me cura iam annos amplius uiginti exercuit, præcipuè quomodo pacem in Europa firmam conſtituerem: Hunc mihi finem omnium bellorum ſemper propoſui, non ut latius fines regni extenderem, ſed ut pace parta, bellum transferrem in Turcicum regnum. Hanc ob cauſſam uictor multa conceßi ijs, quos armis domui, ut mea moderatione eos ad pacem inuitarem. Hæc præfatus ſum aliquantò prolixius, ut quæ mea uoluntas in his bellis, quæ geßi hactenus, fuerit, planè omnes intelligant ac ſciant, neq; antea me iracundia, aut iniuſta cupiditate unquam arma ſumſiſſe, neq; hoc

Turcicum

Turcicum bellum alio conſilio parare, quàm quia neceſſarium & pium eſſe iudico. Qua de re ubi pauca addidero, poſtea reliquam deliberationem, de copijs, de commeatibus, déq; modo belli gerendi pertexam: Quæ, domi pace conſtituta, non poteſt difficilis uideri uobis, qui periti eſtis rei militaris, & quibus Germania ſatis nota eſt: denique qui arma, & opes, & hanc Imperij dignitatem tenere nos ſcitis, ut uitam, & omnes fortunas noſtras, ad defenſionem & publicam ſalutem orbis terrarum conferamus. Nec uerò quenquam é uobis quidem arbitror eſſe, qui Turcicum bellum parum neceſſarium exiſtimet, aut poſtulet ut alij potius Reges, aliæ Nationes ſibi has partes ſumant. Nam etiam ſi Turcæ ſuis finibus iam contenti, non proferrent arma longius, nec nobis periculum denunciarent, nos quidem, quibus Deus præcipué commendauit orbis Chriſtiani defenſionem, bellum inferre illis oportebat, ut Græciam & uicinas prouincias crudeli ſeruitute liberaremus. Nam ſi quis putat mitia aut tolerabilia eſſe Turcarum imperia, is longé fallitur: nec nobis de Imperij laude cum illis certamen eſt, ſed de religione, de diſciplina, de coniugum & liberorum pudicitia. Præcipué autem graſſantur in nobilitatem: nec ſolum poſſeſſiones certæ uictis nullæ relinquuntur, ſed etiam lixæ, & gregarij milites rapiunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

ad ſtupra nobiliſsimas atq; honeſtiſsimas matronas, uirgines, pueros: Ad hæc multis modis extinguunt ac delent Chriſtianam religionem. Hæc, ſunt magnæ & iuſtæ cauſſæ, quæ uiris fortibus ad tuendam gloriam Dei, & ſalutem omnium gentium arma induant. Quare ingenti dolore afficior, cum cogito Græciam, quæ non ſolum doctrinarum parens eſt, ſed etiam omni laude uirtutum excelluit, & diu florentiſsima pars Eccleſiæ Chriſtianæ fuit, nunc tali ſeruitute oppreſſam eſſe, in qua, cum cætera dictu fœda atq; horrenda perferenda ſunt: tum etiam religio penitus aboletur: & auget meum dolorē, quod res geſtæ præcipuè teſtantur, Græciā non ſponte, aut ſine certamine accepiſſe hoc iugum. Illa uerò multos annos fortiſsimè dimicans tandem concidit, non uirtute ſuperata, ſed quia ſola tantam hoſtium multitudinem, & tam longum bellum ſuſtinere non poterat. Audio etiamnum tantam eſſe uim ingeniorum, tantam uirtutem Græcæ nationis, ut non alia gens præſtantiores Duces Turcis ſuppeditet, quàm Græca, qui, ut audio, quanquam ritibus imbuti Turcicis, tamen memores noſtræ nobiſcum neceſsitudinis, inuiti bella gerunt in noſtris prouincijs. Hanc certè Nationem, quæ pulcerrimum ornamentū Chriſtiani nominis, quæq; cum maioribus noſtris ſanguine, fœderibus, & multis officijs coniuncta

fuit, cum ob cæteras cauſſas oportuit nos in libertatem uindicare, tum ob hæc merita, quòd aliquot ſæculis immanem illam barbariem fortiſſimé repreßit, & à noſtris ceruicibus depulit. Nullum enim iuſtius eſt officium, quam ſeruatoribus, calamitate aliqua fractis, rurſus opem ferre, & parem gratiam referre. Sed quò me dolor abducit? Tanta eſt enim non ſolum regnandi cupiditas, ſed multo magis humani ſanguinis ſitis, tantus furor in Turcis, ut non reliquerint nobis deliberationem de inferendo bello liberam, ſed de propulſando bello, de defenſione religionis Chriſtianæ, quam ubique terrarum delere conatur illa barbaries, conſilium capiendum eſt: retinenda eſt huius Imperij maieſtas, tuendæ coniuges & liberi noſtri. Niſi enim occurrimus, paulò poſt domitis uicinis gentibus in media Germania uidebitis excindi urbes, inflammari templa, rapi ad omne flagitij genus coniuges & liberos, diuelli infantes à complexu parentum atque interfici, medias ſecari grauidas mulieres, illo acynace barbarico: fanaticæ religiones, quibus iniciati ſunt, ne quidem concedunt eis ocium, ſed lege cogunt imperium extendere. Et ſucceſſus tanti, támque proſperi, annorum feré ducentorum, addunt eis animos, ut quieſcere nullo modo poßint. Quòd ſi tanta fuit gloriæ atque Imperij cupiditas, tanta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

audacia tunc, cum uires haberent admodum exiguas, nec quicquam niſi littus ad Pontum Euxinum *tenerent, ut non mari, non montibus, non magnitudine* Græci *imperij deterriti ſint, quò minus in* Aſiam *et* Europam *impetum facerent, cum quidem magnas inſuper clades acciperent: an nunc adeptos tantam potentiam, tantas uires, & hoc faſtigium, exiſtimatis non delectari* Imperij *gloria?* Ac *uero acerrimus eſt ſtimulus in bellicoſis ingenijs, armorum &* Imperij *decus: præſertim ſi aſpiret etiam fortuna.* Multæ *autẽ noſtræ clades numerari poſſunt inde uſq; à prælio quod* Sigiſmundus Imperator *cum* Turcis *infeliciter commiſit: cum interea nullam ipſi inſignem cladem acceperint.* Itáque *in tam felici uictoriarum curſu, quam non ceſſarint uidetis.* Vt *enim omittam res geſtas ſuperiorum,* Mahometus *qui me puero floruit, ſumma celeritate, ceu fulmen quoddam, magnam* Europæ *partem peruagatus eſt: cum in* Pannonijs *infeliciter dimicaſſet, uictus à* Ioanne Hunniade, *nequaquam animo fractus eſt, ſed* Conſtantinopolim *adortus, diu obſeſſam, tandem anno, antequam natus ſum, ſexto, ui captam diripuit, crudeliſſimè interfecto* Imperatore Conſtantino, *cognato noſtro, & raptis ad ſtuprum eius liberis.* Poſtea *capta* Thracia, Myſiam *inuadit, ac ferè toto* Illyrico *domito, & occupato regno*

Boſnæ,

Boſnæ, Græciam adoritur: Corinthum ui expugnat, & Peloponeſum ditioni ſuæ adijcit, interfectis Palæologis, Demetrio & Thoma fratribus. Tot regnis ac prouincijs in Europa potitus, adeo non recepit ſe in ocium, ut ſubinde maiora ſpe atq; animo conciperet. Conſtitutis prouincijs in Europa, traijcit in Aſiam, Trapezuntem expugnat Rege interfecto. Deinde Mytilenen armis cœpit: cúmque iam minorem Aſiam ac ponti oram uniuerſam teneret, transfert bellum in Syriam & Aegyptum. Sed cum Sultanus acie uictus pacem peteret, quia maioris gloriæ materiam uidit eſſe in Europa, fœdus cum Sultano fecit: & rediens in Europam, inſtructa claſſe, & contractis copijs traijcit in Italiam, & oppugnauit Hydruntem: ac tantum terroris Italiæ incußit, ut iam Romanus Pontifex fugam pararet, omnia erant in Italia & Gallia bellorum plena. Deinde non ſolum Turcarum uires, ſed multò magis Ducis felicitatem, ſcientiam rei militaris, uigilantiam & celeritatem, omnes gentes formidabant. Memini me puero hunc tanquam Alexandrum alterum prædicari, eiúſque uirtuti & felicitati prona omnia uideri. In tanta trepidatione noſtrorum, Deus clementer reſpexit Eccleſiam ſuam, & illi Tyranno iam Italiæ aditum tenenti manus iniecit: eúmque ne funditus Chriſtianum nomen, da-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

ras noſtras, & ſacratißimam religionem dele-rét, é medio ſuſtulit, atq; extinxit. Hoc beneficio clarißimé teſtatus eſt Deus nos ſibi curæ eſſe. Quod quidem ſi agnoſcimus, cogitemus, nos quidem, eò ſeruatos eſſe, non ut ocioſi perpetuò graſſari in Eccleſia Turcas ſinamus, ſed ut excitati nos quoq; cura Eccleſiæ liberandæ & defendendæ afficiamur, & ſciamus Deum rem tam piam ſuſcipientibus affuturum eſſe. Nam nos quidem, quibus Reipublicæ defenſio commendata eſt, non alium Deo cultum gratiorem præſtare poſſumus. Diuinitus & illud accidit, quod non nihil retardarunt uictoriarum Mahometi curſum fortißimi uiri, primum Ioannes Hunniades, deinde Georgius Scanderbegus, & Rex Hungariæ Matthias. Libenter enim commemoro, ut cogitetis ſalutem Eccleſiæ Deo curæ eſſe, & ut debitum uirtutis teſtimonium, his ducibus optimé meritis tribuamus. Hos enim Antagoniſtas, ceu murum, oppoſuit Deus ruenti Mahometo, ne ſubito impetu uniuerſam Europam opprimeret. Primum in Pannoniam ingreſſus, magno prælio uictus eſt ab Hunniade. Deinde remorata eſt eum per multos annos Macedonia. Nam quoad uixit Scanderbegus, repreßit Barbarum, & ſingulari uirtute & felicitate patrium regnum defendit. Hoc mortuo tandem Macedonia, tam diuturno

bello

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

bello uexata, ſine certamine Mahometo ceßit. Matthias aliquot prælijs deterruit eum ab Hungaria: Adhæc, arcem ei Sabaceam, trucidato exercitu Turcico, eripuit. Extincto igitur Mahometo pauliſper reſpirauimus. Nam & domeſtica diſſenſio mortem eius ſequuta eſt: Sed aliquantò poſt, ſedatis diſcordijs inteſtinis, iterum uicinis regnis bella inferunt. Pazaites Methonam Venetis ingenti certamine eripuit. Quid nunc Selinum? nonne uidetis domita Syria & Aegypto, Hungariæ audacißimè bellum inferre? à qua niſi eum depellimus, quàm facilè erit Turcis poſtea per occaſionem, irruptiones in Germaniam facere quoties uelint. Ac mihi credite, non ſolum fortiter, ſed etiam magno conſilio Turcæ belligerantur, intenti in occaſiones: nec omnia ſimul occupare conantur, ſed arce aliqua belli capta, paulatim tentant uicina loca. Ad hoc accedit aßiduitas, qua creuiſſe magna imperia præcipuè uidemus: Vbi ſemel pedem poſuerunt, inde non facilè depelluntur. Deinde communitis ijs locis, quæ occuparunt, tum demum arma proferunt ulterius. Quare etiamſi Germaniam nondum attingunt, quanquam ſæpe iam in Carnos fecerunt irruptiones: tamen ubi Hungaria potiti fuerint, erunt intenti in omnes occaſiones, ut nos imparatos, aut diſtractos inteſtinis diſcor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

dijs opprimant. Si, ut Bulgaris, ut Valachis imperarent, nullos labores, nulla defugerunt pericula, quantò magis, Germaniam atque Italiam, ipſas quidem arces Chriſtiani nominis appetent, quas, ſi tenerent (quod prohibeat Deus) non ſolum Imperij magnitudine ueteres Romanos æquarent, ſed etiam totam Chriſtianam religionem deleſſe ſibi uiderentur. Haberent acceßionem tantam uirium, ut reliquæ nationes ſine ullo certamine ceſſuræ eſſent. Et uos qui nunc arma geritis, ne Chriſti nomen aboleatur, quique ueram religionem, & libertatem ueſtram defenditis, poſtea aduerſus Chriſtum pro nefaria impietate militare, Tyranno ſeruire, & fuſtes expectare alicuius Scythæ, cogeremini. Qua immanitate Domini in coniuges ueſtras, ac liberos uſuri eſſent? Verecundè dici non poſſunt ea, quæ non tantum in captiuos, ſed etiam in ſuos committunt. Illud tantum recitabo: Capto Byzantio Imperatoris Conſtantini caput, ceruici abſciſſum eſt, id Mahometus fixum geſtari per urbem iußit in pilo. Eius uero coniugem ac filios, non ita ſanctè, ut Alexander Macedo Darij regis matrem & coniugem, captiuas habuit: ſed in conuiuium adductas tradidit flagitioſe ſtuprandas ſuis ſatellitibus. Eadem in alijs regionibus accidere captiuis credibile. Nunquam dicam fortem eſſe ui-

rum,

rum, quem talia exempla non mouent, qui non ſumma animi cupiditate deſiderat, ut ſtatim pugnæ ſignum proponatur. Itaq; cum neceſſe ſit nobis tueri ueram religionem, libertatem noſtram, coniuges, liberos, leges, ac diſciplinam publicam, adhortor uos ad huius iuſtiſsimi ac neceſſarij belli ſocietatem. Maiores noſtri quantas res geſſerunt? ut in Aſia reprimerent Mahometicam barbariem. Illi non dubitant, talem hoſtem procul quærere: nunc Turcæ regnum nobis uicinum inuaſerunt: nec tam Pannoniæ, quàm Germaniæ bellum denuntiant. Multos iam annos Hungarorum uirtute barbaries illa eſt à noſtris ceruicibus depulſa, nos uiciſsim nationi bene meritæ, defenſionem debemus. Manes etiam fortiſsimorum uirorum qui in acie propter communem libertatem ceciderunt, flagitant, ut ſuæ patriæ mutuam gratiam referamus: quanquã reipſa non minus periculi nobis, quàm Hungariæ impendet.

Reliqua eſt altera pars deliberationis, quantis copijs res gerenda ſit, quo in loco bellum inferendum, unde commeatus ſubuehendi, ſi animi non abhorrent ab hoc bello: hæc deliberatio facilis erit. Nam ſummus Pontifex, rex Hiſpaniæ, & Veneti, claſſem inſtruent: & ciuitates in littore Epyri & Peloponeſi ſitas, inuadent. Noſter exercitus cum Gallicis & Anglicis auxilijs,

 in Pan=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

in Pannonias ducendus erit. Nam ideo properamus, ut hoc regnum Turcico latrocinio liberetur: Inde in Illyricum transferri bellum erit commodiſsimum. Formulam etiam propono quantum pecuniæ, quantum equitum, ac peditum ſingulis Principibus Germaniæ imperandum eſſe putem. Commeatus ut Danubio conuehantur, à me certò prouidebitur. Quare ſi, ut ſpero, hoc bellum expetitis, deliberationem ita inſtituetis, ut de formula inter uos conueniat. Nam propter hanc præcipuè hic conuentus indictus eſt: non ſumtus, non labores, non pericula detrectabitis, ſi ſtatuetis Deo uos hoc officium debere, ut hoc bellum ſummo ſtudio ſuſcipiatis. Chriſtus in extremo iudicio rationem à nobis poſcet, ſi, cum Imperij ſumma dignitas ſit penes nos, deſeremus cæteras nationes, ſi non ſuſcipiemus defenſionem Chriſtianæ Reipublicæ. Genus hoſtium non extenuaui. Errant enim ſi qui putant Turcas ignauos aut imbelles eſſe. Tot uictoriæ indicant, eis nec ſcientiam rei militaris, nec fortitudinem deeſſe. Polliceor tamen lætum belli exitum, quia Deus fauet iuſtis & pijs conſilijs: ac certum eſt ſuam conſeruaturum Eccleſiam. Seruat autem non otioſos, ſed facientes officium, & ſeriò opem eius atq; auxilium implorantes. Nec multitudinem hoſtium, nec uires pertimeſcemus: ſed ut docet nos Pſalmus,

mus, Illi in curribus & in equis, nos autem in nomine Dei noſtri omnia geremus.

Poſtquam perorauit Imperator, Principes aliquantiſper, ut fit, collocuti ſunt: & quia ex Imperatoris oratione intellexerant non ſolum, quàm neceſſarium eſſet hoc bellum, ſed etiam quæ futura eſſent auxilia, cum ſcirent ſe nec communi ſaluti nec ſtudijs aliarum gentium deeſſe debere: dant negotium Alberto Archiepiſcopo Moguntino, Principi Electori, ut de bello uoluntatem ipſorum Cæſari exponeret: ſe Deo gratias agere, quod pace inter Chriſtiani nominis Reges conſtituta, tandem hoc bellum ſuſcipi poſſet, ac libenter ſe uenturos eſſe in ſocietatem tam glorioſi & pij belli, omnéſq; opes & uires ſuas ad communem defenſionem collaturos. Quare ſtatim uelle ſe deliberationem de formula inſtituere, & quid ipſis uideretur, Imperatori indicare, ut quàm primum conuenire poſſet. Formula complectebatur quantum equitum & peditum ſinguli Principes & Populi mittere deberent. In hac parte nihil mutatum eſt: Nam militiam nemo detrectabat: Libenter enim ſinguli ſuis ſtipendia daturi erant. Sed præter hæc, in formula erat nouum tributi genus, ut Epiſcopi & Sacerdotes deciderent de ſuis reditibus decimas conferendas in belli ſumtus: reliqui Principes uiceſimas.

De

De hac noua tributi formula ſententiæ Principum uariabant. Erant enim qui libertati ueteri periculoſam eſſe ducebant. Sed ea erat tunc quidem grauitas & Principum uirtus, ut impedire bellum priuatis curis aut affectibus, nequaquam uoluerint. Itaq; etſi de hac tributi formula diſſenſerant, tamen ſtatim conuenit ita, ut certum numerum equitum & peditum ſinguli mitterent, & his ſtipendia ſoluerent ipſi. Deinde ut tributa ſinguli indicerent in ſuis ditionibus pro facultatum modo, eáq; ad Cæſarem retulerunt. Qui collaudatis Principum uoluntatibus, tandem de tributo decreuit, ut ſinguli cum in ſuas ditiones rediſſent, ſubditis conſilium & uoluntatem Cæſaris proponerent, & re deliberata, tantæ publicæ utilitatis cauſſa, tributa indicerent. Et quia totam deliberationem de apparatu belli ante proximum Ver perfici uoluit, addidit decretum, ſe proxima hyeme in Epiphanijs iterum acturũ eſſe conuentum: ad quem ut Principes afferrent formulam & modum tributorum mandauit, ne in mora eſſent bellum moturo. His actis Imperator conuentum dimittit circiter feſtum Diui Bartholomæi: inde in Auſtriam proficiſcitur. Egregios autem conatus & optima eius conſilia luctuoſiſſimus toti reipublicæ caſus anteuertit. ipſe enim extinctus eſt pridie Idus Ianuarias. Anno M. D. XIX.

XIX. cum quidem paucos dies febricula, & cita aluo laboraſſet. Extat geneſis Maximiliani, quam huic hiſtoriæ inſerendam duxi: quod quidem non facio nouo exemplo: Nam & Plutarchus Romuli geneſin inquiſitam eſſe ſcribit, & Suetonius quædam commemorat de geneſi Auguſti. Sed quòd rariora extant in hiſtorijs, huius rei exempla, partim ſcriptorum inſcitia in cauſſa eſt: partim eò accidit, quia uel non extiterunt deſcriptæ geneſes clarorum uirorum, uel amiſſæ fuerunt tunc, cum res eorum mandarentur literis. Quòd ſi prodigia & cætera ſigna quæ naſcentibus regibus aut præſtantibus uiris magnas felicitates, aut uarios caſus denunciarunt, boni ſcriptores recitanda eſſe duxerunt, multò magis cœleſtes ſignificationes commemorandæ ſunt, quæ minus ſunt obſcuræ prodigijs. Nec uerò dubito, quin docti & prudentes meum conſilium magnopere probaturi ſint, propterea quòd, quæ uis ſit ſignificationum cœleſtium, & quæ fides ſit artis illius quæ de effectibus ſyderum præcipit, maximè in talibus exemplis perſpici poteſt. Quam ob cauſſam Ptolemeus teſtis eſt, AEgyptios habuiſſe uetuſtiſſima uolumina, in quibus plurimorum Regum & aliorum præſtantium uirorum non ſolum geneſes deſcriptæ fuerunt, ſed etiam adiecta iudicia & hiſtoriæ euentuum, ut poſteritas teneret ex-

empla obſeruationum cœleſtium. Ac ſi uir ſapientiſsimus Pomponius Atticus à Plutarcho laudatur, quod Aſtrologo Tarutio mandatum dederit inquirendi geneſin Romuli, ſpero meam in hoc genere diligentiam etiam ad poſteritatem gratam fore. Poſtremo ipſius Maximiliani honori hoc officium tribuamus, quem ſcimus has pulcerrimas artes non ſolum amaſſe, ſed etiam præclaré intellexiſſe, ac iudicaſſe earum cognitionem inprimis dignam principibus uiris, & ad multos in uita caſus gubernandos utilem eſſe. Natus eſt Maximilianus in Noua ciuitate Auſtriæ XI. Cal. Apr. Hora tertia à meridie, Anno M. CCCC. LIX. fuitq; in horoſcopo, ſeu aſcendens, quartus gradus uirginis, unde colligi reliquarum domorum conſtitutio facilé poteſt. Etſi autem non eſt noſtri inſtituti, interpretari geneſin, tamen cum compareant in ea non obſcuræ ſignificationes ingenij & fortunæ Maximiliani, putaui quaſdam illuſtriores aſſcribendas eſſe: Cæteras relinquo artificibus dijudicandas. Nam & ingeniorum deſcriptio (ut ego quidem arbitror) ad hiſtoricum pertinet. Multum enim conducit in uita naturarum diſsimilitudinem conſiderare, & fortaßis non eſt ingratum uidere aliquas euentuum ſignificationes. Conſtat autem mirificam fuiſſe in Maximiliano dexteritatem ingenij: facilé diſciplinas,

uarias

uarias artes, ac linguas percepit. Multa in republica ſagaciſsimé prouidit: multa conſilij celeritate, interdum ſingulari arte etiam perfecit, ut mihi cogitanti, quorum ueterum ducum ſimilis fuerit, uideatur Adriani Imperatoris non multum diſsimilis: etſi Maximilianus uir melior fuit, ſed ingeniorum quædam fuit ſimilitudo. Conferrem & ad Philippum Macedonem: ſed Maximilianus fuit uir longé melior. Hanc ingenij celeritatem ſignificant, Mercuriale ſignum uirgo in horoſcopo, & Iuppiter in Virgine, & Mercurius in Ariete. Sunt eius rei & aliæ quædam notæ, quas iudicandas relinquo artificibus. Sed Mars in Leone in duodecima, etſi magnitudinem animi auxit, tamen ingentia ei pericula, ingentes difficultates attulit. Hoc loco Mars captiuitatem & multiplices inſidias denunciare ſolet. In Ariete, ubi habet exaltationem, Sol imperij faſtigium & rei militaris ſtudium ſignificauit: fortaßis & dotis atque hæreditatis magnæ acceßionem ſignificauit Sol & Venus in octaua domo. Saturnus in quinta infeſtus fuit liberis, maribus. Nam paucorum annorum interuallo tribus filijs, Georgio, Franciſco, & Philippo, orbatus eſt. Luna in tertia auxit amorem crebrarum peregrinationum. Multa alia poſſunt deprehendi, ſi quis omnium ſtellarum loca diligenter conferat. Sed hæc breuiter

uiter

uiter attigimus, quod euentus aliqui cum præceptis artis ualde conſentiant, etſi ego quidem de fide artis hoc loco non diſputo. Verum hanc deſcriptionem arbitrabar non ingratam eſſe in hiſtoria, præſertim cum hæc ſcribamus hominibus eruditis, quibus huiuſmodi deſcriptiones, uel ad conſiderandam ingeniorum uarietatem, uel ad artes iudicandas, conducunt. Interitum uerò Maximiliani, omnes imperij ordines acerbiſsimè tulerunt: nemo enim non dolebat, rempublicam tali támq; excellenti Principe orbatam eſſe, alieniſsimo præſertim tempore, cum maximè opus erat illius & cõſilio & animi magnitudine ad depellenda pericula, quæ uniuerſo orbi Chriſtiano imminebant. Magno igitur luctu & ornatiſsimo funere elatus eſt, heros omni ſeculorum memoria dignus: éſtque in Noua ciuitate Auſtriæ humatus, ſub maiori ara, in templo arcis.

ORATIO
HABITA A GEORGIO SABINO IN FVNERE NOBILISSIMAE DOMINAE DOROTHEAE, CONIVGIS ILluſtrißimi Principis Alberti, Marchionis Brandeburgen. Prußiæ Ducis &c. Quæ obijt 3. Idus Aprilis, An. M. D. XLVII.

RECTOR ACADEMIAE REGIOMONTANAE.

SI qua prius triſtem meruerunt funera luctū,
Si fuit hac unquam iuſtus in urbe dolor:
Iam dare funeſti lugubria ſigna doloris,
Triſtia iam lachrymis ora rigare decet.
Nanq; Borußiaci Ducis occidit inclyta cōiunx,
Afflicta eſt populi qua moriente ſalus.
Nunc gemat & mœſto ſuffundat lumina fletu
Prußia: nam matrem perdidit orba ſuam.
Illa nurus inopésq; ſenes, ægrósq; fouebat:
Munificam uiduis illa ferebat opem.
Ante alios uerò quibus eſt hoc funus acerbum,
Et quibus hæc fletum triſtia fata mouent,
Nos plorare decet, nos indulgere dolori:
Illa bonis Princeps artibus æqua fuit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Illa ſuum dominum, quo conderet atria Muſis,
Impulit: hócque pium ſedula iuuit opus.
Quíq; darent ſtudijs operam, Muſisq; uacarēt,
Pauperibus larga præbuit æra manu.
Eſt quoq; fas triſti nos Principis ore moueri,
E cuius pendet noſtra ſalute ſalus:
Cernis ut incedat pullo uelamine tectus,
Veſtibus auratis qui modo cultus erat.
Ille ſua quando uiduatus coniuge luget,
Nos minime lacrimas continuiſſe decet.
Aegra ualetudo uel ſi qua moleſtia regem
Afficit, Hyblea quem reuerentur apes:
Nonne uides ut mœſta fremant examina luctu?
Cæreáq; affectis mœreat aula fauis?
Conglomerātur apes, plangūtq; trementib. alis
Pectora: nec læti germina ueris amant.
Nos ſimili ſtudio lugentes triſtia noſtri
Conuenit afflicti fata dolere Ducis.
Ibimus & mœſtum teſtabimur ergo dolorem,
Funere quem nobis attulit atra dies:
Ibimus: útq; frequens oculis humentibus aßit
Doctáq; nobiſcum turba (iubemus) eat
Quando ſepulturæ iam ſigna dabūtur, & edēt
Mota ſub aërijs turribus æra ſonum.
Ipſe ego (parua licet mihi ſit facundia linguæ,
Acer & impediat fletibus ora dolor)
Triſtibus interitum dominæ plorabo querelis
Hic, media fanum quo ſtat in arce loco.
Emeritæ

Emeritæ faciam præconia debita uitæ,
  Ipſa quibus gaudet neſcia fama mori.
Nanq; tot inſignem uirtutibus Heroinam,
  Non decet orbatam laudibus eſſe ſuis.

XI. Calend. Maij.
Anno M. D. XLVII.

ORATIO FVNEBRIS.

ETSI ſocietate lachrymarum ac ueris gemitibus dolorem noſtrum & oſtendere debemus, & ſignificare aliqua ex parte poſſumus: tamen cum tam multæ támque graues dolendi cauſſæ concurrant, nullius tanta eloquentia eſt ut exponere hos dolores pro magnitudine, aut leuare eos oratione mediocriter queat: tantum abeſt, ut ego qui & ingenij imbecillitate, et mœſtitia ſingulari impedior, conuenientem huic loco orationem habere poßim. Luget optimus Princeps nobilißimæ & carißimæ coniugis interitum, in qua pulcerrima omnium uirtutum copulatio fuit: Qui quidem etſi ſua ipſius ſolitudine, ſuo dolore, & ſuo deſiderio cruciatur, tamen cum intuetur filiam, quam habet unicam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

& cariſsimam, uidétq; intimos ſenſus pectoris ipſius, pater ſapiens & liberorum amans, penè exanimatur: & quanquam in eo celſitudo animi, in omni fortunæ uarietate magna ſemper fuit, tamen nunc penè ſuccumbit mœrori, et uix erigit ſeſe ipſe. Deinde augent triſtitiam, huius temporis aliæ calamitates: Cum in hoc horribili Germaniæ bello magnis curis de republica & de omni poſteritate exerceretur, etſi ijs conſolationibus, quas Deus Eccleſiæ ſuæ tradidit ac ratas eſſe iuſsit, magnitudinéq; animi ſe ſuſtentabat: tamen has ſolicitudines ſæpe lenijt dulciſsima conſuetudo nobiliſsimæ et ſapientiſsimæ coniugis, cum qua ſuas curas quaſi partiebatur. Id ſolatium nunc quoque fatalis hic caſus eripuit. Deinde Princeps filia, cuius nunc ea ætas eſt, ut non ſolum naturali στοργᾶ, ſed etiam iudicio matrem amarit, & eius uirtutes iam intellexerit, & imitari cœperit: quanto in dolore eſt. Poſtremò lugent dominam hæ noſtræ Eccleſiæ, Scolæ, & optimi quiq; omnium ordinum homines: & quia ſciunt, affici nos debere Principis optimi luctu: & quia uirtutes & beneficia dominæ meminerunt. Has tantas cauſſas dolendi, cuius oratio æquare poteſt? Mihi quidem eas cogitanti, uox & ſpiritus dolore intercluditur. Sed quoniam aliquid omnino dicendum eſt, & ſignificatio oſtendenda noſtri luctus, quæſo ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

mihi ueniam detis, quòd magnitudini rerum nequaquam par eſt oratio: uóſq; pro ueſtra prudentia cogitetis ipſi, quàm iuſtum officium ſit adfici luctu optimi Principis, & filiæ: & quantam iacturam reſpublica fecerit amiſſa tali domina. Deinde & conſolationes diuinitus traditas, cum Eccleſiæ doctrinam de uoluntate Dei, & de immortalitate teneatis, ipſi uobis ſubijcite. Cum autem commemoratio laudum & uirtutum in funeribus piorum hominum facienda ſit, & ut ipſorum memoria ſit diuturnior, & ut alij talibus exemplis commonefacti ad uirtutem & ad inuocationem Dei exuſcitentur: ego quoq; laudes illuſtrißimæ Principis Dorotheæ recitabo: ſed ut potero, non ut magnitudo uirtutum ipſius & pulcerrima decora poſtulabant.

Nata eſt Princeps Dorothea in familia nobilißima Regum Danicorum, patre Rege Friderico, & matre Anna, filia Marchionis Ioannis Electoris, filij Alberti Marchionis, qui propter excellentiam uirtutis dictus eſt Achilles Germanicus. Cúmque ſemina uirtutum, & igniculos à parentibus, quorum natura fuit præſtantißima, acceperit, multum poſtea in natura optima, recta inſtitutio ualuit. Hic ſi uelim Rhetorico more de ſplendore natalium dicere, & de Cimbricorum Regum, & de Marchionũ Brandeburgenſium laudibus, quàm longa narratio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

futura eſſet. Sed totam hanc partem prætereo: quia etſi eſt magnum decus generis nobilitas, quam fateor etiam quandam eſſe uirtutis inchoationem: tamen alia ſunt ueriora ornamenta. Didicit literas & ſinceram doctrinam de Deo & filio eius, domino noſtro Ieſu Chriſto: & ad omnia exercitia pietatis, & aliarum uirtutum optima diſciplina aſſuefacta eſt inde uſq; à pueritia, parentum diligentia. Cúmq; non ſolum ſtudioſe audiret docentes in Eccleſia, ſed etiam libros diuinitus nobis commendatos, ſcriptos à Prophetis & Apoſtolis, & eruditorum explicationes ipſa legeret auidiſſimè: ſummam doctrinæ cœleſtis ita mente complexa eſt integram, ut conſenſum catholicæ Eccleſiæ noſſet, & uero iudicio ac toto pectore amplecteretur: & falſa dogmata non ſolū acriter auerſaretur, ſed etiam eruditè refutaret: fuitque apud patrem & fratrem Reges ſanctiſſimos monitrix, ut una, uera, & conſentiens docentium uox eſſet in Eccleſijs: & ne locus erronibus, qui tunc paſſim fanaticas opiniones ſpargebant, concederetur. Sicut olim Theodoſij Imperatoris filia Placidia fratri Arcadio monitrix fuit de puritate doctrinæ retinenda: & poſtea Martiano Imperatori hortatrix de Synodo Chalcedonenſi conuocanda. Nec uoluntatem hanc & curam retinendæ puritatis doctrinæ unquam depoſu-

it.

it. Sed iudicium idem haud dubiè ad dulciſsi= mam Dei & Filij eius, Prophetarum ac Apoſto lorum, Mariæ, Euæ, & cœtus cœleſtis uniuerſi conſuetudinē attulit. Cum igitur inclytus Prin ceps noſter, comperiſſet indolem eſſe in ea præ claram, mores optimos, agnitionem & inuoca= tionem Dei ueram, coniugium eius & pio con= ſilio expetiuit, & aſſentientibus patre Rege Danico, & grauiſsimis regni Principibus, ob= tinuit. Venit igitur Regis filia Dorothea, ad Albertū Marchionem Brandeburgenſem, Bo= ruſſorum Ducem, non ut Thetis ad Peleum Delphino uecta, Nereidum comitatum addu= cens: ſed afferens ueri Dei agnitionem & inuo= cationem, & omnium aliarum uirtutum cho= rum: ſummáq; concordia & mutuo amore cum marito uſq; ad extremum ſpiritum uixit annos unum & uiginti. Nec fuit infœcunda, ſed pepe rit filios duos, nempe Albertum, et Fridericum Albertum: filias item quatuor, Luciam, Luciam Dorotheam, Catharinam, & Annam Sophi= am, quæ unica ſuperſtes eſt. Lucere autem uir= tus Dominæ in cōiugio præcipuè cœpit: in quo cum ad normam cœleſtem, totum uitæ curricu= lum dirigeret, hanc ſibi Pauli regulam propo= ſuit, complectentem omnes piæ matronæ uirtu= tes: SERVATVR MVLIER PER FI= LIORVM GENERATIONEM, SI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

MANSERIT IN FIDE, DILECTIONE, SANCTITATE, ET MODESTIA.

Primum rectè intelligebat uitæ genus, in quo erat: ſciebat coniugium, & ærumnas quas ſexus muliebris in partu & educatione ſobolis ſuſtinet, Deo placere: ſed addi oportere uirtutes neceſſarias, primum fidem, deinde cæteras. Ardebat autē in pectore eius, fidei lumen adeo non obſcurum, ut in profeßione, ſtudio doctrinæ, in aßidua inuocatione Dei, in moderandis mœroribus, & retinenda animi conſtantia, clarè conſpiceretur. Nec tantum ceremonijs ſeu tragœdijs colebat Deum, ſed ueris officijs: audiebat quotidie enarrationem doctrinæ cœleſtis, legebat ipſa, diſſerebat cum Principe de præcipuis doctrinæ membris: nec more Academico quaslibet opiniones uel admittebat, uel mirabatur, ut mos eſt leuium ingeniorum aut curioſorum: ſed unicam eſſe ueram, perpetuam, & immotam de Deo ſententiam adſeuerabat, quæ illuſtribus teſtimonijs in Eccleſia patefacta eſt. Hanc utraq; manu, imò toto pectore, amplectebatur: Hanc diſcernebat ab ethnicis & alijs opinionibus: Huius cogitatione ſe ad inuocationem, & ad aliarum uirtutum officia exuſcitabat. Deniq; hanc ducebat uerè ſacram anchoram eſſe in omnibus actionibus & periculis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

culis. Fuit autem inter cætera teſtimonia fidei ipſius, hoc quoq; quòd eximio ſtudio Academiæ noſtræ conſtitutionem, & conſeruationem adiuuit: Et ad alia multa beneficia hoc addidit: Decem adoleſcentibus, qui in familijs nobilibus erant nati, diſcentibus literas præbuit ſumtus de ſuo: eiſq; Præceptorem ſua pecunia præfecit: quos ut ad diſcendum inuitaret, & ſtudia ſæpe inſpici curauit, & ſæpe mißis ex uenatione, ac piſcatione muneribus, commonefieri de officio iußit. Conſtantini mater & aliæ multæ Heroides templa condiderunt, & cœtus adiunxerunt canentium, qui & ipſi (ut ego arbitror) initio ſcolarum ſimiles fuerunt: Poſtea, ut multa bona inſtituta paulatim ignauia hominũ corrumpuntur, ſtudia literarum deſerta ſunt, & umbra manſit: uidelicet rituum obſeruatio. Ac recentior ætas multa directoria ocioſa collegia inſtituit. At hæc noſtra Princeps cum rectè intelligeret doctrinam cœleſtem, & ſciret Deum præcipuè flagitare curam conſeruandæ doctrinæ: non ocioſos cœtus inſtituit, ſed erudiri adoleſcentiam, & imbui hac ipſa doctrina diuinitus traditam uoluit, ut ad poſteritatem ipſa quoq; cuſtodes aliquot Euangelij tranſmitteret. Specimen fidei ſuæ etiam præbuit in luctu amißis filijs ac filiabus, cum dolorem ingentem cogitatione uoluntatis Dei uicit: ſentiens non caſu naſci, non

caſu extingui homines, & euocatam ex hac mortali uita pueritiam Deo dicatam, & nondum malis exemplis corruptam, certò traduci ad æternam Dei & Eccleſiæ conſuetudinem. Qua de re hanc ſententiam in ore habebat. NON EST VOLVNTAS PATRIS VT PEREAT VNVS DE PARVVLIS ISTIS.

Poſtremò & in hoc agone, cum ex hac mortali uita diſceſſura eſſet ipſa, quanta lux fidei in eius inuocatione fulſit: ut arſit deſiderio & ſpe conſuetudinis cœleſtium: repetens ſubinde aliquas Euangelij uoces, quæ adfirmant Deum certò nos propter filium Mediatorem recipere: quoties etiam tunc ingreſſa in hanc commemorationem, erudita diſputatione contulit dogmata: & refutauit errores eorum, qui pias mentes à conſpectu filij Dei abducunt, & de promißione diuina dubitare iubent. Sed ſatis dictum ſit de fide ipſius, cum conſtet totam eius uitam, inuocationem quotidianam, & ſermones domeſticos, fuiſſe aßidua fidei exercitia.

Vt autem in dicto Pauli mox fidei adiungitur dilectio, ita & ipſa copulauit cum fide dilectionem, id eſt, propter Deum iuſto ordine dilexit coniugem, liberos, familiam, & ciues. Fuit amor mutuus in utroque coniuge talis, ut uerè poſſes de eis illud uetus dicere, corpora quidem duo eſſe, animam uerò unam. Deinde ſuo ordine

cæteros dilexit: ac ut de populo dicam, iuſta & benefica erga omnes fuit. Adijt parturientes, & conſilio ac labore ſuo, imò & inuocatione Dei, periclitantibus opem tulit: ipſa etiam feßis labore partus, cibos coxit: adijt ægrotos, cúmque ueteri Heroico more & coleret artem medicam, & multa remedia ſua manu parata haberet: multis feliciter medicata eſt. Quotidiana uerò liberalitas erga egentes inſignis fuit: Alijs pecuniam, alijs frumentum, alijs ueſtes dabat: eóque in genere altera erat Eliſabetha Pannonica, quam propter hanc beneficentiam erga egentes & calamitoſos, præcipué laudari ſcitis. Norat autem fines & metas officiorum, quæ matronas decent. Nec gubernationem iuditiorum impediebat: & ut erat iuſta & ſeueritatis amans, atrocia ſcelera legibus puniri uolebat. Sed ſi quando petebatur, ut pro reis aut damnatis intercederet, ſi non erat atrocitas, legum ſeueritatem ipſa quoq;, miſericordia leniri uerecundé orabat. Domeſtica negotia, & Eccleſiæ fouendæ ſtudium ad ſe pertinere ducebat. Nec ingeßit ſe conſilijs gubernationis politicæ: Sed de Eccleſijs monere interdum Principem aliquid ſolebat, præſertim ſicubi audiret ſpargi ſemina dißidiorum in doctrina. Nam cum & ingenio ualeret, ac doctrinam Eccleſiæ recté intelligeret, & grauißimo iuditio ſtatueret,

corrupte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

corruptelas & diſcordias uitandas eſſe, uigilantiſsima & acerrima erat, planéq; ſimilis, ut ſuprà dixi, Placidiæ Theodoſij filiæ, in cõcordia Eccleſiæ tuenda. Ac ne quis ſuſpicetur me ingenij acumen immodicé prædicare, ſigna ab alijs artibus ſumat, quarum hæc ſtudio tenebatur: In arte medica uel mediocriter periti, quantam uarietatem rerum mente complectuntur? membrorum in corpore poſitus, morborum cauſſas & genera, remediorum diuerſitatem. At de his non ſolum diſſerebat, ut artifex: ſed etiam in uſu prudentiam adhibebat artifice dignam. Apud Homerum laudat Neſtor Agameden filiam Augiæ regis, hoc uerſu:

Quæ quot terra ferax gignit, tot pharmaca no(uit.

Non auſim ne quidem peritiſsimis tantam laudem tribuere, ſed tamen arbitror noſtram Principem non multò pauciora remedia nouiſſe, quàm illa Homerica Agamede nouerat.

Præterea cum acumen in epiſtolis inſigne ſpecimen ingenij ſit, epiſtolæ Principis noſtræ teſtantur plurimum eam ingenio ualuiſſe, in quibus etſi grauitas matronæ Principi conueniens ſeruatur, tamen & in monendo, & repræhendendo, & caſtigando, ſententiæ ſunt admodum argutæ, & ad cauſſam apté congruentes, & penetrantes in intimos animorum ſenſus: & forma orationis generoſa & perſpicua eſt.

In

In dicto Pauli, quod recitaui: ad dilectionem, id eſt, ad iuſtitiam & beneficentiam, proximè adiungitur caſtitas. Vſitatum eſt enim ſermone Apoſtolico, caſtitatem nominare ſanctitatem. Ingens ornamentum cæterarum uirtutum eſſe caſtitatem etiam Ethnici dixerunt, & extat digna memoratu ſententia Bacchylidis ueteris Lyrici Poëtæ qui principi optimo Hieroni Syracuſano familiaris fuit. Cæteras uirtutes ſine pudicitia, ſimiles eſſe pulcræ ſtatuæ, quæ tamen capite truncata ſit. Legitur dictum his uerſibus redditum.

Vt cum de ſtatua facies formoſa, remota eſt,
Non decus in reliquo corpore trũcus habet:
Sic alij mores ſpreti ſine honore iacebunt,
Ni ſint ornati laude pudicitiæ.

Nos uerò in Eccleſia manifeſtis teſtimonijs erudijt Deus, prorſus neceſſariam eſſe uirtutem in omnibus caſtitatem, nec placere ullos Deo ſine ea: ac ne poſſe quidem in mente impudica, laxante frenum, obſcœnis cupiditatibus, ſimul exiſtere cæteras uirtutes, fiduciam acquieſcentem in Deo, ueram inuocationem & dilectionem Dei. Nec præceptis tantum, ſed etiam horribilibus pœnis declarauit Deus uoluntatem ſuam hac de re, & declarat quotidie. Manet enim Dei ſententia immota, Scortatores & adulteros iudicat Deus, ut in diluuio, in excidijs Sodomorum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

rum, Thebarum, Troiæ, Sibaris, & aliarum innumerabilium urbium oſtendit. Cum igitur uoluntatem Dei noſſet Princeps noſtra, ac ſciret Deum mentem caſtam eſſe, & in quotidiana inuocatione ſic diſcernendũ eſſe uerum Deum à malis ſpiritibus, ut hunc cogitemus eſſe Deum, rerum conditorem, qui ſe patefecit miſſo Filio, & eſt iuſtus, uerax, beneficus, caſtus: ita mores rexit, ut ad regulam æternam, quæ in mente diuina caſtitatem ſancit, congruerent: nec labe ulla unquam ab ea caſtitas uiolata ſit. Semper & Deum pura & impolluta conſcientia inuocauit, & unico coniugi ſuo corpus ſeruauit caſtum & ſanctum. Magna cura oculos, linguam, geſtus omnes ita gubernauit, ut caſtæ mentis ſigna conſpici poſſent: Et ut honeſtis exemplo eſſet ad grauitatem tuendam, non oculi errantes, non iocus indignus matrona, non fabellæ, non geſtus ullus liberior in ea animaduerti potuit. Et grauitatem ſanctitatémque Dominæ, totus cætus in Gyneceo imitabatur. Non ibi otium uoluptates inuitabat: non admittebantur illecebræ cupiditatum, lectiones aut cantilenæ, aut ſermones ulli magis faceti aut belli, quàm qui decent grauiſsimas & ſanctiſsimas matronas: Sed diſtribuebat domina & operas, & precationum ac lectionum tempora: ut adhuc Gyneceum, piæ doctrinæ & uirtutis ſcola eſt.

Nec

Nec tantum ad colum & ad acus aßidere puellas uoluit: ſed ad duarum rerum doctrinam, quam ipſa colebat, eas aſſuefecit, coëgit ut legerent libros Propheticos et Apoſtolicos, & alia ſcripta moribus & pietati utilia. Cúmq; remedia multa ferè toto anni tempore adpararet: multiplici labore uirgines & exercuit & erudijt. Quantam enim laborum uarietatem in apparandis remedijs eſſe neceſſe ſit, non obſcurum eſt: Ac ſimul puellis, rerum naturas & uſum remediorum monſtrabat: eáſque ad laborem ipſa doctrinæ ſuauitate inuitabat. Quid de hortis dicam, in quibus ipſi flores lugere dominam nunc uidentur. Hos habuit in hac Arctoa & frigida regione non minus amœnos, quàm Alcinoi hortos fuiſſe narrat Homerus. Cúmq; conſiti eſſent magna uarietate ſalubriũ herbarum, colebantur à uirginibus, non propter corporis uoluptates: ſed ut honeſto labore exercerentur, ac ſimul naturam rerum conſiderarent & multa remedia diſcerent. In his hortis & Domina & uirgines uelut Naiades, dum aut ſemina terræ mandant, aut ſitientem terram rigant, aut plantas humi ſerpentes erigunt, laudes Dei conditoris huius pulcerrimæ naturæ rerum canunt. Hæc honeſta exercitia plena eruditionis, diſciplinam eſſe cum aliarum uirtutum multarum, tum uerò caſtitatis (præ-

ſertim

ſertim cum accedit doctrina de ira Dei, & de pœnis certò comitantibus inquinationes corporum) conſentaneum eſt. Sed acceßit & alia uirtus, modeſtia uidelicet, ſeu temperantia, quam Paulus adiungit cæteris in eo dicto quod ſuprà recitauimus. Multarum maximarum uirtutum nutrix eſt temperantia in cibo ac potu. Verißimum eſt enim quod dicitur:

Quin corpus onuſtum,
Heſternis uitijs animũ quoq; prægrauat ipſum,
Atq; affligit humi diuinæ particulam auræ.

Cum autem ſedes illa diuinitus condita ad cogitationem de rebus diuinis quaſſatur denſis & turbidis halitibus à cibo & potu ortis, & crapula aßiduam uertiginem efficit, impediri & languefieri intentionem mentis, in cogitatione de Deo & precatione, manifeſtum eſt. Quare ad ueram inuocationem Dei neceſſaria eſt temperantia: Deinde & ad caſtitatem & ad moderationem in omnibus actionibus prodeſt, ut omnes ſani teſtantur. Itaq; cum natura temperans eſſet, conſuetudine etiam, quæ inprimis in eo genere multum ualet, perfecerat, ut modico cibo & potu contenta eſſet: nec laborum, ſtudiorum ac precationum tempora, impendebat conuiuijs. Nec ſplendore conuiuiorum aut ueſtium excellere ſtudebat, quamuis precioſas ueſtes plurimas haberet: Sed dolebat potius ha-

rum

rum rerum cura in omnibus aulis alia negocia
neceſſaria impediri. Deniq; mediocritatem &
moderationem in omnibus rebus amabat. Et
quanquam uirtute & gradu honoris antecelle=
bat, ut uult Deus eſſe hominum gradus: tamen
locum ſingulis conuenientem tribuens, etiam
inferiores propter Deum diligebat: nec ſu=
perbè faſtidiebat, ſed tanquam pares ſocietate
Eccleſiæ & uirtute, honore afficiebat. Ingenia
prudenter dijudicabat, in ſingulis certas uirtu=
tes ſuſpiciebat: Obtrectationes, & ſermones
uirulentos adeo non audiebat, ut ſtomachoſe
etiam interpellaret, & abrumpi eos cogeret.
Multorum inter ſuos diſsidia ſua authoritate
diremit. Nec tamen egreſſa eſt ſuorum officio=
rum metas, non impedijt iudicia, non leges, non
Curiam: ſed ſuo loco ita benefecit quibus po=
tuit, ne quid de authoritate cuiuſquam Magi=
ſtratus diminueret, néue ordinem Reipublicæ
& pacem turbaret. Nam ad hos duos fines o=
mnia uitæ conſilia & omnes actiones retulit,
ad ornandam gloriam Dei, & ad publicam pa=
cem. Cum igitur ad Pauli concionem, comple=
ctentem omnes piæ matronæ uirtutes, congru=
ant mores Principis Dorotheæ, placuiſſe eam
Deo iudicandum eſt, qui cum eam ad cœleſtium
conſuetudinem traducturus eſſet, exitum etiam
uitæ mortalis placidum ei, & ſanctiſsimis mori=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

bus ipſius congruentem dedit. Cum naturam ui morbi ſuperatam eſſe ſentiret, tranquillo animo ſe uelut ad iter præparauit, ac ſubinde miſcens uotis & inuocationi confeßionem fidei, ſæpe hæc uerba repetijt: Non caſu extitit hæc mundi pulcerrima compages, nec caſu natum eſt genus humanum: ſed eſſe Deum conditorem rerum ſapientem, beneficum, iuſtum, ueracem, caſtum, toto pectore credo: ac te æternum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te patefeciſti multis teſtimonijs edita uoce Euangelij, & miſſo filio, de quo clamaſti: Hunc audite, affirmo ueré Deum eſſe, conditorem rerum unà cum filio tuo Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritu Sancto: Te credo genus humanum non fruſtra condidiſſe, nec fruſtra te nobis toties patefeciſſe: ſed ueré iudicem eſſe generis humani, & colligere tibi æternam Eccleſiam celebraturam te in æterna conſuetudine & læticia. Credo & filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum crucifixum pro nobis & reſuſcitatum, mirando conſilio à te miſſum eſſe, ut quia peccatum pro nobis fiebat ipſe, nos iuſticia Dei per eum fieremus: Vtq; cum reciperes nos in gratiam placatus, effunderes in nos ex tuo pectore Spiritum ſanctum, & in nobis æternam uitam, lucem, & iuſticiam accenderes. Hæc ut in Euangelio tuo, quod protulit ex arcano ſinu

tuo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

tuo filius, tradita ſunt, toto pectore credo, & confiteor me miſeram natam ex ſordida natura, non arſiſſe dilectione tui, ac fide, ut debebam: ac multos errores ac uitioſas cupiditates in omni uita circuntuliſſe, & ſæpe tuam uoluntatem meis erroribus & lapſibus offenſam eſſe, uehementer doleo. Cum autem miſeris filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum crucifixum pro nobis & reſuſcitatum, ac præceperis ut ad eum confugeremus, & promiſeris te recepturum omnes ad ipſum uera fide confugientes: te ſupplex oro, ut mihi omnia mea peccata, omnes errores, omnes labes remittas, propter filium tuum Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, quem uoluiſti pro nobis fieri uictimam: & ut Spiritu ſancto tuo, initia uitæ & iuſticiæ æternæ in me accendas: méq; ad ſocietatem tuæ Eccleſiæ cœleſtis, quæ te in æterna læticia intuebitur & celebrabit, clementer abducas. Credo tuis promißionibus, & fiducia filij tui Mediatoris me ſuſtento, non fiducia mearum uirtutum: tuámq; iram placatam eſſe confido, & certa ſpe cœleſtium conſuetudinem expecto. Tibi etiam gratias ago & agam in omni æternitate, cum pro cæteris beneficijs innumerabilibus, tum pro patefactione tui, & pro filio nobis donato, & uoce Euangelij edita, quódque me ad agnitionem tuæ lucis uocaſti, nec in Ethnica ca

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

ligine & alijs erroribus reliquiſti. Te etiam Ieſu Chriſte fili Dei, crucifixe pro nobis & reſuſcitate, imago patris æterna, qui Mediator conſtitutus es inter Patrem & nos, ac dixiſti: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, ego reficiam uos, oro toto pectore, ut mei miſertus, pro me intercedas apud æternum patrem tuum, & in me Spiritu ſancto tuo, uitam æternam, lucem & iuſtitiam accendas. Gratias etiam ago tibi & agã in omni æternitate, quod mea cauſſa & propter ſalutem meam æterno patri ſupplex es, & uictima pro me factus es. Hoc tuum ingens beneficium prædico diſcedẽs ex hac mortalium conſuetudine, ac aduerſus regna Diaboli & omnium impiorum furores, qui tibi maledicunt, affirmo tuam doctrinam traditam tua uoce, & Prophetarum & Apoſtolorũ literis, ſonantem in hac tua Eccleſia, cuius diſcipulam me eſſe profiteor, ueram eſſe: et execror Ethnicos, & hæreticos furores cum tua uoce pugnantes. Sit lucerna pedibus meis uerbum tuum, in quo dixiſti: Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret pro mundo, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat uitam æternam. Oro etiam te Deus æterne pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut cariſſimum coniugem meum, & dulciſſimam filiam regas & ſerues, & in his regionibus miniſterium Euangelij,

angelij, Eccleſias & Politias defendas. Hæc ſæpe ingeminans diebus decem, & ſeſe aduerſus pauores confirmauit, et cariſsimo coniugi Principi, & dulciſsimæ filiæ lenire mœſtitiam ſtuduit. Sæpe etiam hortata eſt filiam & cæteras uirgines, ne cœleſtem doctrinam aut uoluptatibus aut corruptelis dogmatum excuti paterentur: néue ſinerent extingui timorem, fidem, & inuocationem Dei. Deniq; hic extremus agon totus illuſtre teſtimonium fuit fidei, & æternæ iuſtitiæ iam in corde incenſæ. Et inter hæc uota, & has confeſsiones à corpore anima ſancta & Deo chara placidiſsimè diſceſsit. Hic mortalis uitæ finis fuit, ipſi quidem Dominæ minime triſtis, ſed optimo Principi, filiæ, & nobis omnibus ualde luctuoſus. Ac ne Principis & filiæ ingentem dolorem augeam, qui cauſſas ſui mœroris maximas, etiam nobis tacentibus, uident, de nobis dicam. Ferreus eſt, qui in tanto publico luctu, cum uideat Principis, & præcipuorum uirorum in omnibus ordinibus, nobilium & ſacerdotum lacrymas: cum filiæ Principis, & tot honeſtiſsimarum matronarum eiulatus audiat, ſine mœrore eſſe poteſt. Cauſſas igitur dolendi cogitemus, afficiamur luctu optimi Principis & filiæ, ut iubet nos Deus, præſertim Principum benemeritorum aduerſos caſus noſtros ducere, & noſtri amoris erga eos ſigni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

ficationem ſocietate mœſtitiæ oſtendere. Deinde eò doleamus, quod tale decus & exemplar uirtutum hæc regio amiſit, quódq; Patronam Eccleſiarum, literarum, & multorum calamitoſorum amiſimus. Sed lacrymæ uocem impediunt: ideo hanc partem orationis abrumpo. Vtinam autem, ut dolendi cauſſas propter populum expoſui, ita poſſem aliqua ex parte tanto uulneri Principis & filiæ mederi. Ac filiam quidem patri omnes ordines commendant, eúmque orant, ut & ob hanc cauſſam fortius repugnet dolori, ut eius oratione & uultu filia à ſumma luctus acerbitate abducatur. Etſi autem Princeps illuſtriſsime, pietas tua laudanda eſt, quod extincta cariſsima coniuge, tanto dolore & deſiderio eius afficiaris: non enim ij ſumus, qui nihil dolere, ſapientiam aut uirtutem eſſe finxerunt: remoueantur ab Eccleſia diſputationes illæ Stoicorum. Nam & indidit Deus humanis pectoribus ſtorgas, quæ moneant, ut noſtros diligamus, ſecundis illorũ rebus lætemur, & aduerſis doleamus, & ut noſtrorum deſiderio afficiamur: & hæc fieri iubet, ſed moderaté. Agnoſcamus mala noſtra ac doleamus. Sed tamen propter has duas cauſſas dolor moderandus eſt: Primum, quia non eſt repugnandum iuſtitiæ Dei, quæ uniuerſum genus humanum morte onerauit. Deinde etſi mors malum eſt, tamen

fir=

firmiſsima aſſenſione tuam Celſitudinem ample
xam eſſe has diuinas ſententias non dubito: Pre
tioſa mors ſanctorum. Item: Beati qui in Do=
mino moriuntur. Non eſt mors, extremum ma=
lorum, ſed pijs iter eſt ad dulciſsimam Dei con=
ſuetudinem. Leuat dolorem in quacunq; re, ſi
quid ineſſe boni cernitur. Ergo mentis oculos
defigito in hæc bona. Etſi abeſt coniunx tua à
conſpectu tuo, & filiæ dulciſsimæ, tamen læta
fruitur iam conſpectu, ſapientia, & ſermonibus
Dei, & filij eius Domini noſtri Ieſu Chriſti,
Prophetarum, Apoſtolorum. Iam in cœtu cœle=
ſtium matronarum audit diſſerentem Mariam
de filio, audit Euam de prima conditione gene
ris humani, de ſuis ærumnis & liberationibus
concionantem. Audit Saram & cæteras ſimiles
matronas commemorantes Dei beneficia, audit
deniq; patrem etiam ſuum, Regem pium &
Deo carum, filióſq; tuos ac filias complectitur.
Nihil utriq; ueſtrum optatius fuit, quàm ut illa
dulciſsima cœleſtium conſuetudine frueremini,
ad quam quod prior adducitur coniunx tua, ſi
uolumus uera dicere, gratulanda eſt ei hæc feli
citas. Nam hæc quæ de conſuetudine æternæ Ec
cleſiæ aſſeueramus, non ſunt fabuloſa ac ſimilia
poëmatum de campo Elyſio. Nos in Eccleſia
Dei teſtimonijs illuſtribus confirmatas eſſe diui
nas promiſsiones ſcimus, uidelicet reſuſcitatio=

 ne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

ne filij Dei, & multorum aliorum, qui extincti reuixerunt. Certò igitur affirmandum eſt, homines ad Deum conuerſos uera pœnitentia & fide, & acquieſcentes in Mediatore filio Dei, diſcedentes ex hac uita duci ad lætiſsimam æternæ Eccleſiæ conſuetudinem. Meminiſti autem Princeps totum uitæ curriculum coniugis plenum pietatis, & in hoc extremo articulo clariſſima ſigna animi acquieſcentis in filio Dei, animaduertiſti. His iactis fundamentis conſolationum, & quod Deo obediendum ſit, & quod coniunx tua cœleſtium conſuetudine fruatur, deinde adiungito alias conſolationes, quod non amiſeris coniugem, ſed rurſus eam complexurus ſis, & in conſuetudine perpetua, eruditiſſimos & ſuauiſsimos ſermones collaturi ſitis: quod Deo tuam & filiæ, & harum Eccleſiarum ſalutem ardentiſsimis uotis commendet: quod turbulentiſsimis temporibus ex hac miſera uita euocata, iam ad portum peruenerit, nec ſit obnoxia noſtris periculis. Læteris etiam cogitatione uirtutũ ipſius, Deóq; gratias agas, quod uitæ ſociam tantis ornatam uirtutibus, & concordi animo & uoce uerum Deum inuocantem (quod uinculum eſt amicitiæ arctiſsimum) tibi dedit. Harum te conſolationum omnium cogitatione à mœſtitia abducito, nec tuæ ſolum triſtitiæ, ſed etiam cariſsimæ filiæ mederi ſtudeas:

Huic,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Huic, ut ſapiens pater omnibus officijs, imò & arte lenias dolorem: qua in re commemoratio maternarum uirtutū multum ei profutura eſt.

Populum uerò adhortor, ut memoriam retineat laudatiſſimæ Principis, & propter gratitudinem, & ut ex eius uita fidei & uirtutum exempla imitanda ſumat. Propterea enim Deus in Eccleſia multos excellentibus uirtutibus ornat, ut alij eorum exemplo inuitentur, erudiantur & confirmentur. Hæc ut potui, dixi, multò breuius, quàm magnitudo rei poſtulabat. Nunc in funeris cæremonijs non ſolum lacrymis dolorem ueſtrum declarate, ſed etiam pia precatione ſalutem illuſtrißimi Principis, & filiæ, & Reipublicæ, ac ueſtram, Deo commendate. Tali inuocatione deus coli ſe poſtulat: uult à ſe peti uitam, & ſalutarem gubernationem generis humani. Nec exiſtimemus tales precationes ocioſos ritus eſſe, ut multi diuinæ uoluntatis ignari audacißime iudicant: ſed ſciamus uelle Deum hunc ſibi tribui honorem, ut ueré agnoſcamus & fateamur eum horum ſummorum bonorum authorem eſſe, & ueré ea petentibus largiri. Dixi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

EPITAPHIVM.

HIc iacet Alberti primi ducis inclyta cōiūx,
Quæ patre Danorum rege creata fuit:
Maternumq́; genus præluſtri duxit ab ortu,
Mater Teutonici neptis Achillis erat.
Et, quo dicta fuit, dignam ſe nomine geßit
Dorotheæ: donum nam fuit ipſa Dei.
Non tantum uoluit princeps, ſed mitis haberi
Mater: & eſt inopum commiſerata uicem.
Virginibus, quarum fuit ora parentibus ætas,
Pronuba conſortes tradidit ipſa tori.
Nec dedignata eſt humiles intrare penates,
Et medicas ægris applicuiſſe manus.
Adfuit & grauidis nuribus, partuq́; leuatis
Miſcuit ut nutrix officioſa dapes.
Sacra colens etiam diuinis tradita ſcriptis,
Nil habuit uera relligione prius.
In populi cœtu doctos audire ſolebat
Omni pene die uerba referre Dei: (tam,
Nec meritis hominum ſed Chriſti morte redem
Seq́; pia iuſtam credidit eſſe fide.
Adde quod ipſa ſuū dominū conſtāter amauit,
Inq́; uicem à domino ſemper amata fuit.
Corpore nanq́; decens, et amabilis extitit omni
Laude, fugax litis, ſobria, comis, erat.
Edidit in lucem duo maſcula pignora lecti,
Fœminea quater eſt factáq́; prole parens.

Deniq́;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Deniq; ſuſcipiens Muſarum prouida curam,
Nobile Gymnaſij cum Duce ſtruxit opus.
Iámq; duos annos, menſéſq; peregerat octo,
Poſt octo uitæ luſtra, decémq; dies,
Cum deſiderium non uni triſte relinquens,
Heu præmatura morte ſoluta fuit.
Illius immenſum peperit iactura dolorem
Omnibus indigenis, Prußia quotquot habet.
Ad ſuperos animi redijt uigor: oſſa ſepulchro
Inq; beatorum ſpe tumulata cubant.

Autore Georgio Sabino.

IN DIEM NATALEM ILLVSTRISSIMI PRINcipis ac Domini, Domini Alberti, marchionis Brandeburgenſis, primi Ducis Pruſsiæ &c.

ELEGIA SCRIPTA A GEORGIO SABINO.

SI uetus Iliadæ celebrauit Roma Quirini,
Natalémq; Iouis Gnoſia terra diem:
Te decet hanc meritò celebrare Borußia lucẽ,
Naſci fata tuum qua uoluere Ducem.
Hic tibi nimirũ Princeps, hic præſtitit hæros,
Qualia non populis ille uel ille ſuis.

Cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Cum perculſa fores immani turbine belli,
Hoſtibus eripuit ſtrenuus arma tuis,
Et ſecura tibi tranquillæ tempora pacis
Reſtituit, bellis impoſuitq; modum.
Impia cum coleres deliramenta ſacrorum,
Et rectam fidei non ſequerere uiam,
Ipſa per hunc, qui te iuſsit meliora doceri,
Ad ueros cultus es reuocata Dei.
Cúmq; rudes nuper populos inculta foueres,
Nulla quibus ſtudij cura nec artis erat:
Primus hic é ſacro muſas Helicone uocauit,
Quæ populi mores excoluere tui.
Ergo ſecuturus Maias ubi Lucifer Idus
Iam matutinis extulit ora uadis,
Arte laboratas tu lætior indue ueſtes,
Electróq; graues diuite pande ſinus:
Aurea gemmato ſuſpende monilia collo,
Iunipero flauum cinge uirente caput:
Próq; ſalute ducis, fortunatáq; ſenecta,
Candida natali ſuſcipe uota die.
Vos quoq; Pierides, quas hæc pro Phocide tel(lus,
Et pro Caſtalio Bregela fonte tenet:
Vos decet aurata lætum teſtudine carmen
Ludere, & hac feſtos ducere luce choros.
Nanq; Boruſſorum uos ſedibus eſſe receptas
Contigit unius Principis huius ope:
Qui niſi productus uitales eſſet in auras,
Ecquis in arctoa uos reperiret humo?

At tu Semideis Heroibus edite Princeps,
Annua natalis lux modo cuius adeſt:
Tu depone graues & amaras exue curas,
Triſtior hoc ſi quas tempore forte geris:
Signáq; læticiæ plauſúſq; agnoſce tuorum
Gratantes hilari qui tibi corde fauent.
Floribus halanti conuiuaturus in horto,
Quæ Genio debes munera ſolue tuo.
Nec, licet infenſi quidam tibi bella minentur,
Proſpera te dubita fata manere ſenem.
Sydera nanq; tuo fulſerunt læta ſub ortu,
Et propiore ſimul iuncta fuere gradu,
Vt tibi præſidio, ſi res ita poſtulet, eſſent,
Viribus arcerent duráq; fata ſuis.
Scilicet in primo congreſsi limine cœli,
Delia, Mars, Aries, Iuppiter, Arcas, erant.
Ibat & æthereos Phœbi comitata iugales,
Cum geminis Helenæ fratribus alma Venus.
Falcifer at longè ſubmotus agebat ab illis,
In nona, ſtabas qua Capricorne domo.
Talia felicem promittunt ſydera uitam,
Non importuno ſi coiere loco.
Adde quod ipſa trium Parcarũ maxima Clotho
Dicitur ad cunas hæc ceciniſſe tuas:
Creſce puer, quo nullus erit laudatior olim,
Eximia præſtans indole creſce puer.
Mollia ducuntur noſtro tibi ſtamina fuſo,
Longáq; fatali penſa uoluta colo.

Nil

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Nil tibi deceptrix hominum fortuna nocebit:
Quæ ſolet ancipiti mobilis ire gradu:
Quamuis iniÿciet curas tibi ſæpe moleſtas,
Rebus & exiſtet non ſatis æqua tuis.
Omnia conſilio uinces, & ad omnia fortis,
Quæ ſubeunda uiris obÿciuntur, eris.
Ad tua pilatæ trepidabunt ſigna cohortes,
Marte laceßitus prælia quando geres.
Turpia ſæpe dabunt hoſtes tibi terga fugati,
Quorũ denſa premens agmina uictor ages.
Fortia te diuo pro Cæſare bella gerentem,
Itala Gallorum ſtrage uidebit humus.
Te uetus Hunnorum regnatáq; Pæone tellus,
Nauiter inuictum ſentiet eſſe manu,
Cum tibi commiſſas illic tutaberis arces,
Quáſq; tuus partas frater habebit opes.
Deniq; uirtutémq; tuam, dextrámq; potentem
Sarmatis agnoſcet cladibus ora ſuis.
Póſtq; cruenta feri Martis certamina, tecum
Fœdus & optatam iunget amicitiam.
Nec tamen inuicto laudatus pectore tantum,
Sed multis alÿs dotibus auctus eris.
Iura dabis, legéſq; feres: moderatáq; ſemper,
Non rectis animi motibus, ante feres.
Te non ebrietas, non implacabilis ira,
Te faciet prædam mens nec auara ſuam.
Inuiſent iterum te principe numina terras
Quæ ſcelerata hominum uita fugauit humo:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Cana fides, librámq; gerens Aſtreæ bilancem,
Quæq; acri pietas flagrat amore Dei.
Inq; tuo ponent hæc numina pectore ſedem,
Te ſuperis ipſis efficiéntq; parem.
Tu columen patriæ, miſeris tu dulce leuamen
Exulibus, Chriſtum qui profitentur eris.
Ad te confugient longis é finibus omnes
Artibus inſignes & pietate uiri,
In tua qui ſoluent doctas præconia linguas,
Téq; ſuper cœli ſydera laude ferent.
Sic, ubi natus eras, occulti præſcia fati
Lanificis cecinit de tribus una ſoror.
At tu læta dies, reuoluto ſæpius anno,
Principe ſalua meo ſceptra tenente, redi.

FINIS.

Cum fex et limus sum res vilissima si
Vnde superbimus ad terram terra redi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 75 [35,-153 8°]